



E. 33.

Jh.  
8.

Zur  
Bibliothek des Gymnasiums  
zu Salzwedel.

Schrank E. No. 33.

G. C. Roth.

W. Weinow  
ad. 1777.



Ε.



5

M. ABRAHAM FRENCLEI

V. D. Min. in Schönau

DE

ORIGINIBUS

LINGVÆ SORABICÆ

LIBRI SECUNDI

CAPUT QUARTUM,

in quo

Vocabula Sorabica ea, quæ per Prosthese-  
sin, Epenthesein & Paragogen Ebræa sunt,  
exponuntur.

In usum cum primis Patriæ LUSATIÆ  
& Antiquitatis Studiosorum.  
conscriptum.

Accedunt Critica, Philologica, Topogra-  
phica & Historica Varia

SITTAVIÆ, *Lusatiorum*

Prostat apud JOH. Willisch / Bibliop. Budiss.




Excud. MICHAEL Hartmann / A. O. R. M DC XCVI.

Thomas Lanfius Orat. contra Polon. edit.

Tubing. an. 1626. p. 799.

**S**lavica lingua Polonis Bohemis Russis, Moscis,  
Moravis, Silesiis, Cassubiis, Croatis, Bulgaris,  
Rasciis, Serbis, Illyriis, & universo nomini Slavo-  
nico, Communis est.



V I R O


*Plurimum Reverendo, Amplissimo atq;  
Præclarissimo*

**DN. MICHAEL FREN-  
CELIO, Ecclesiæ Postwicensium  
Pastori vigilantissimo meritissimoq;**

PARENTI suo OPTIMO

**M. ABRAMHAM FRENCELIUS, FIL.**

*Salutem!*

 *Lavis* ab antiquissimis temporibus PATRUM OPTIME, hoc præclarum pietatis præconium tributum est, quod parentes suos revereri, atq; ἀντιπελαγογείν h. e. iisdem pro virili rependere & repensare, moris ipsorum fuerit. Illud egregie inter alios, suo nobis confirmat testimonio *Helmoldus* Presbyter Bofoviensis *Chron. Slavor. L. II. c. 12. p. 236.* *Ravi* (Slavi) inquit ille, parentibus debitum exhibent honorem. Statim ut aliquem aut debilem fecerit infirmitas aut decrepitam etas, heredis curæ delegatur, plena humanitate fovendus. Parentum enim curæ primum apud Slavos virtutis locum obtinet. De duobus, ut cogitem, hæc quidem mihi aurem vellicant. primum est, ut subdubitem, num omnibus generatim atq; universè Slavis vere imputari possit, quod scribunt *Martinus Zeilerus* *Theatr. Trag. p. 140.* *M. Ræce* *Cosmograph. p. 515.* *M. Dan. Schneider* *Tit. Continuat. p. 511. & 572.* *Hartknock* *Dissert. 13. de funer. Ver. Pruss. p. 188.* videlicet, quod parentes

tes ex numero viventium exturbare, infràq; terram, cum ad senectam  
 pervenerint, vivos mandare Slavi soliti sint. Paucissimis verò barba-  
 rissimisq; id esse tribuendum censeo, vel aliquibus saltem, non omni-  
 bus, conf. *Petrus de Dusburg*. Part. 3. Chron. Prufs. c. 5. p. 79. *Joh.*  
*Meletius* de Relig. & Sacrif. Vet. Prufs. ap. *Boxhorn*. de Rep. Mosc. P.  
 1. p. 174. *Hartknoch* Diss. cit. p. 189. *Alterum*; quod me verba illa  
 monent, hoc est. ut, quam Tibi, DOMINE PARENS, debeam,  
 meminerim reverentiæ: cum enim Te genitore meo Sorabica patria  
 mihi sit, & genus Sorabum, æqvissimum etiam est, ut eorundem, sive  
 Slavorum imiter consuetudinem atq; sequar piam σοφῶν. Accedit,  
 prout gravissimè ait *Philo L.* de Decalogo f. 478. quod ii, qui parentes  
 suos non honorant, pro duobus tribunalibus, damnati sint, impietatis apud  
 Divinum, quod secundos post DEUM auctores vite sue non tractent ex offi-  
 cio; inhumanitatis apud humanum. Igitur ne inhumanus impiusq;  
 perhibear; contra autem morem antiquum Soraborum ipse observem,  
 nomini honoriq; Tuo opellulam hanc meam gratitudinis ergò adscri-  
 bere volui: fateor Te majorem longè commeritum esse gratiam: at-  
 enim quod parentibus nulla possit referri gratia, quæ non sit inferior  
 acceptis beneficiis, Ipse scies *mi Pater: quomodo enim natus genitorem*  
*suum poterit vicissim gignere? quam eximiam prerogativam natura dedit*  
*parentibus, nunquam compensandam à liberis,* ait *Philo l. c.* Eandem plu-  
 raq; alia beneficia Tua, haut etiam ego, quoad vixero, compensare,  
 utut vellem, unquam potero. Prætereâ cum TIBI hætenus nihil an-  
 tiqvius præstantiusve fuerit Sorabicâ lingvâ, qua anteis multis, ut de  
 ceteris nil dicam, quibus imbutus adeò es, ut Lexicon polyglotton  
 vivum atq; obambulans, vel invidiâ suffragante meritò dicaris: his  
 quidem studiis gratiisq; me quoq; tradidi hucusq;, ne imago picta, sed  
 ut filius Tui similis quodammodo forem: deniq; & talia καὶ δὲ ὑμῶν  
 scripsi locutus sumq;, ut Te delectarem: namq; hoc filiorum ora loqui de-  
 bent, (aut scribere) quod parentes delectat audire, inquit *Autor Epist.*  
*de honorand. parentib.* apud *Hieronymum T. IV.* Oper. f. 78.

Accipe igitur fronte manuq; paterna, quæ filii tui os hîc ad Te  
 loquitur, & calamus consignavit; Accipe inquam hæc quæ aliàs Te  
 Parentem delectant audire atq; legere: meq; uti soles, constanter  
 ama. Sic Vale. DEUS, Virtus Tua, ne derelinquat senectam Tuam!  
 Scribeb. *Schœnavie* d. XII. Septembr. M DC XCVI.



I. N. J.

DE

# ORIGINIBUS LINGVÆ SORABICÆ, LIB. II. CAPUT QVARTUM.

De

Vocabulis Sorabicus, quæ per Prosthesin,  
Epenthesisin & Paragogen Ebræa.

## HYPOTHESIS.

Dantur |Vocabula Sorabica, quæ (IV) per  
*Prosthesin, Epenthesisin, aut Paragogen*, hoc est,  
*quoad literarum quarundam additionem* ab Ebræ-  
is saltem differunt.

"Εκθεσις.

Vid. suprà *Part. I. Lib. II. cap. 4.*

"Επαγωγὴν sive Inductio Vocabulorum.

**B**roszju / & Chroszjim / aridis, quæ pedibus trita calcataq;  
freq. (vel Broszju / & strident, aut stridulum sonum e-  
Broszjim / *κρῆσις ἀνίσσο-* dunt. Deniq; virgulta ventis agi-  
χου, uti *Bristus* / pro tata collisaq; crepitant quoq; , si-  
*Christus*, *χριστός*) crepito, strideo, ve sonum stridulum edunt. Hinc  
stridulum sonum edo, *ich fraspel* / *Knirsche* / *Knistern* / *gebe ein Ge-*  
*räusche*: dicitur propriè de foliis *na* / it. *Chrost* / virgultum, vir-  
g etum.

PARS II.

O O O

getum. Cum his facit *per Parago-*  
*gen* Chald.  $\Psi\Gamma$  i. e. condensari  
more sylvæ: unde  $\Psi\Gamma$  *chyrsha*,  
sylva, ein Wald / oder Gehölz  
ze / dasein Geräusche machet o-  
der giebet.

Est itaq; à *Chroszju* / vel  
*Kroszju* / *Krostawa* / Germ.  
*Kroste* *Nom. Propr. pagi* Lusat. cui  
à sylvæ vel fruticeto adjacente no-  
men impositum, ein Dorf / wel-  
ches an einem lieblich rauschenden  
Gehölze / oder Walde gelegen.

*Krostauski* / *a* / *e* / *adj.* *Cro-*  
*sticensis*, einer von *Kroste* / oder auf  
*Kroste* gehörig.

Compos. *Uechroszju* / &  
*Uechroszim* / *freq.* stridulum so-  
num non edo.

*Pochroszju* / & *Pochro-*  
*szim* / *freq.* stridulum sonum quo-  
dammodo, vel actu edo, ich knir-  
sche / knistern in etwas / erkniersche.

*Cusy* / *a* / *e* / (lege *Zusy* / )  
*adj.* Bohem. *Cusy* / Polon *Cudzzy* /  
Peregrinus, alienus, externus, ex-  
terus, extraneus, fremde. An à  
 $\pi\gamma\zeta$  *Zaah*, vel *Zagah*, Ebr. pere-  
grinatus est? ubi terminatio  $\pi\gamma$  vi-  
detur esse vel paragogica, vel facta  
*per Antistæchon* ex litera  $\gamma$  g. rranse-  
unte in *s*. quomodo Germanis à  
ziehen / (quod est à  $\pi\gamma\zeta$  quoq;) )  
sunt  $\mu\gamma$  / &  $\rho\sigma\eta$  / hoc est, trahere,  
vellicare, *Zeusei zemi* / ad-

ventitius,  $\epsilon\zeta\omega\lambda\upsilon\delta\omicron\varsigma$ , ein Fremdling  
aus fremden Lande.

*Cusoba* / (lege *Zusoba* / )  
*ta* / *fœm. Subst.* locus exterus, terra  
aliena, regio remota, die Fremde.

*Cusobni* / *ton* / *masc. Subst.*  
hospes, advena, alienigena, qui  
ex alia gente, vel terra est, ein  
Fremdling.

*Cusobnica* / *ta* / *fœm. Subst.*  
peregrina, eine Fremdlingin.

§ Apud Græcos lex erat:  
*Civis peregrè ne nubito*. Et si quis  
peregrinus civem mulierem duxisset,  
ei dica scribebatur ap. *The-*  
*smothetas*, vid. *Pfeiffer. Antiquit.*  
*Græc. Lib. 4. c. 3. p. 601. seq.* Pe-  
regrinos tamen humaniter tracta-  
bant: conf. *Idem loc. cit. Lib. 2.*  
*c. 22. p. 218.* Huc pertinet *Jus*  
*hospitum* seu peregrinorum. Dici-  
tur ap. *Jctos Jus Hospitalitatis, Jus*  
*hospitum* sive peregrinum, *Jus indi-*  
*latum*. Est illud *Jus hospitum* seu  
hospitalitatis, judicium singulare &  
extraordinarium, in quo causæ &  
lites inter hospitem (peregrinum)  
ac civem sine strepitu judicii, de  
simplici & plano discutuntur.  
Forma judicii hujus generica in eo  
consistit, quod causæ in eo extra-  
ordinem & summarie cognoscun-  
tur. Forma specialis, quod ple-  
rumq; præfixis terminis brevissimis  
ad summum trium dierum, non  
nun-

nunquam de die in diem jus dicitur, nec sententiæ executio ulterius suspenditur. Vid. D. Fritschius *Tract. de Jure Hospitalit.* pulchrè hæc in choro usurpabimus, cum Ecclesia canit:

Auf Erden bin ich nur ein Gast/  
(Fremdling) &c.

It. Gott eilet mit den seinen &c. Ideò enim in hac vita non diu suos detinet supremum Numen: quoniam in terris nos alienigenæ sumus, & non habemus hic permanentem civitatem, (domicilium) Ebr. 13. 14. *Nostra enim conversatio (πολίτευμα & forum competens) in cælis est, Philipp. 3. 20.*

**Cjerstwy / a / e / adj.** Sorab. Polon. Bohem. vegetus, vividus, integer, incolumis, frisch / stark / gesund / lebhaft. Ducam ex Construct. Ebr. ארכה sanitas, Jerem. 8. 22. pro ארכה vel ארוכה. ארכה per metathesin ארה hinc **cjerstwy / n** in st sibilum versò per epenthesin, wy terminatio vocis est. Sed ארכה vitæ prolongatio propriè. Rad. ארר prolongari, produci. Aliter: Græcorum κράσις, non longè etiam abit à cjerstwy / Sorabor, saltem si τ sibilò sono pronuncies: κράσις, fortissimus. κράσις, robur. Hinc κράσις, teneo, apprehendo, it, firmiter impero: & κράσιώω, corroboro,

*Schrevelius in Lex. p. 472. ducit ab inusitato κρέω, vasto vel à κράσις, potenter facio. Mallem factum ab Æthiop. አገጋ violentia, coactio. Hinc Syris ארתא pollex manus vel pedis, quia robustus, Vel κρᾶσις, simpliciter per metathesin ex Syr, ארפ firmavit ædificium, &c. unde ארפ vis, violentia, robur.*

**Cjerstwosc / ta / fœm. Subst.** vegetudo, robur, incolumitas, Frischheit / Lebhaftigkeit / Dauerhaftigkeit / Stärke.

Compos. **Wodcjerstwiu / & Wodcjerstwim / freq.** vires resumo, recreor à morbo, convalesco, ich werde gesund / erhalte neue Kräfte.

**Wewodcjerstwiu / & Wewodcjerstwim / freq.** vires pristinas non recuperò, ich komme nicht wieder / nicht wieder zu den vorigen Kräften.

**Cjert / ton / masc. Substant.** Polon. Czart / Bohem. Cert / Dæmon, diabolus, der Teufel. Variis etymis subjecta vox est: unum est, quod à אר Sched i. e. dæmon, Ebr. (vid. Deut. 32. 17. Psalm. 106. 37.) cjert factum videri possit, per additionem literæ R. qua epenthesi nil frequentius. Sic ramus Ebraicè dicitur ארפה seapha, & ארפה sarapha: Damascus! ארפה Dam. O o o 2

*Dammefek*, & דרמשק *Darmefek*; rana Arab. צפרע *dhaphda*, Ebr. צפרדע *isephardea*; sceptrum Ebr. שבט *schebet*, Syr. שרביט *scharbit*; thronus Ebr. כסא *kisse*, Syr. כרסי *kurse*; cubitus Ebr. גומד *gomed*, Syr. גרמיד *garmid*; rivus Syr. פציר & פרציר; puer דדק *dardak*, & parvus דעדק *dadak*; oblectare פנק *pannek*, & פרנק *parnek*; volvere עגל *aggel*, & ערגל *argel*; strangulare שנק *sannek*, & שרנק *sarnek*, &c. Vid *Bochart. Chan Lib. 1. c. 31. p. 632.* Porro שדאמון, propriè *vastator*: à Rad. שדרר *vastavit*, devastavit. Diabolus *vastatus* (1.) *passivè*, quia religatus est in desertò, *Tob. 8. 3.* unde perambulat tanquam *Peripateticus pessimus loca arentia* (διανύδρων τόπων) *Luc. 11. 24. conf. Erasm. Francisci Proteus n. 56. p. 491. ff. (2.) activè* de quo ita graviter *Megander B. D. M. Lutherus Tom. V. Jen. Germ. f. 335 b.* Wenn **SDZ** nicht ein ander Regiment dagegen geordnet hätte / so würde der Teufel dein Hauß / Weib und Kind / nicht eine Stunde lassen / es müste ja alles zu Drümmern gehen / denn so giftig ist er wohl / daß er nicht so viel Raum vergönnet /; daß du einen Fuß möchtest setzen / ja es

verdreust ihn / daß du gesunde Gliedmaß / Augen / Arm / Bein hast / und wenn ers thun dürfte / er ließ dir nicht eine Kue / nicht eine Gansß / leben / in Summa / wenn es nach seinem Sinn solte gehen / ließ er keinen Steffen stehen / und keinen Menschen ein Augenblif leben. Verumtamen Sorab. *Ejert* respondet etiam Ebr. צר i. e. hostis, *Jesa. 59. 19. Esther. 7. 4. & צר Esther. c. 8. 1. idem. LXX. enim צר & צר διάβολος* vertunt *Esth. loc. cit. c. 7. 4. & c. 8. 1. Rad. צר Ebr. hostiliter egit*, oppugnavit, arctavit, angustiis affecit: unde *Ejert propriè hostis, vel angustans, erit, ein Feind / oder Menstiger*: Aut deniq; quid si Slavi veteres, hoc est, Scythæ, (à quibus Sorabi) vocabulum illud acceperint à Persis finitimis? His enim ζωροάδης, vel ζαράδης, *Zaradus*, hoc est, *Zoroaster*, utroq; enim nomine dictus est, juxta *Agathiam Libr. 2.* Magus tuit, si-ve auctor & dux magicæ religionis. Verisimile itaq; fuerit, famosissimi hujus hominis nomen Scythas veteres tribuisse Diabolo ipsi, ut qui Magicæ autor omnium primus sit, & Zoroastre longè antiquior: porro ζαράδης, aut ζωροάδης, an sit ab Arab. צר transivit scopum, vide-

videant peritiores: non enim sumus ii, qui tanquam ex tripode esse dicta omnia sua æstimant. De Zoroastre, ejus nomine, ætate, & doctrina, vid. Bochart. Phaleg. Libr. 4. c. 1. p. 231. ff. Vossius de Idol. Lib. 1. c. 5. p. 32. seq. aliq;

Ejertoussi / a / e / adj. dæmoniacus, diabolicus, teufelisch.

Ejertowy / a / e / adj. idem  
Ejertowe *howno* / laser Medicum, vel Syriacum, asa foetida, Teufels Dref. Ejertufß / vel Ejertafuß / morsus Diaboli, Abß / Teufelsbiß.

Ejpc / ton / masc. Substant.  
Polon. Ezepic / Bohem. Ejepec / vitta crinalis, reticulum capillare, rica, mitra, tegumentum capitis muliebri, eine Haube / Weiber Haube. Utut Græcum *σκέπη*, id est, corporis tegumentum, vestimentum. (à *σκέπω*, tego, velo, operio,) convenire videatur, per Synecdochen gen. mallet tamen dicere Sorab. Ejpc / factum fuisse per metathesin & paragogen, ab Arab. *زاي* i. e. vittâ revinxit caput. Ad fine verò etiam est Ebr. *זאפ* *Zaiph*, i. e. peplum, Gen. 24. 65. c. 38. 14. & 19. Luther. Mantel. B. Joh. Forsterus Dictionar. Ebr. f. 707. *זאפ* *Jepeçov*, theristrum, ita verterunt etiam LXX. Est autem theristrum autore Hiero-

nymo, pallium quo mulieres vestiebantur. Et Svidas scribit, quod sit *Jepeçov* *ιματιον* id est, æstivum vestimentum, Gen. 24. 65. Et accepit theristrum & operuit se, & c. 38. 14. Et deposuit vestimenta viduitatis suæ à se, & operuit cum theristro, atq; obvolvise. Et cum affixo mutat cametx in se-va, Gen. 38. 19. Et surrexit, & abiit, & removit theristrum suum à se, & induta est vestimentis viduitatis suæ. Ex his tribus locis apparet fuisse genus veli, quo mulieres caput seu faciem ornarunt, & non mulium differt à *זאפ*. Hæc Ille. Sic itaq; Ejpc à *זאפ* per Synecd. gen. Rad. *זאפ* Arab. i. e. debilis fuit, duplum effecit: peplum (*זאפ*) enim vestis est, è subtili (debili) stamine, promissa, & fluxa foeminis illustribus præcipuè usitata, quam ceteris vestibus superinjiciunt, & sic duplicant vestes. S. Paulus 1. Cor. XI. 10. *ἐξορία* vocat, velamen capitis muliebri, scilicet, quod sit signum potestatis supra se, vel suæ subjectionis, Ita Metonymicè exponunt vocem Chrysostomus, Theodoretus, Chemnitius, Vinar, Olearius, Estius, & Grotius, h. l. Flacius in Clave, Glassius Rhetor. S. tr. 1. c. 3. p. 1079. & c. 18. p. 1384. Quærit tamen Johannes Lightfootus in Hor. Ebr. h. l. p. 216. an *ἐξορία* *ἐξεν* non propriè sit potestatem (dignitatem seu excellen-

cellentiam, confer. Joh. 1. 12. ) penes se habere? ut Matth. 7. 29. Joh. 19. 10. 1. Cor. 7. 37. c. 9. 4. Illud dubium planè rejiciendum non putarim; fuit etiam *peplum* signum honoris & dignitatis: & contra veli ablatis, nota infamiae ac turpitudinis, vid. Cant. 5. 7. Ezech. 23. 26. Hist. Susan. v. 23. *Jacobus Gothofredus* *J. C. Genevensis* per conjecturam statuit, pro ἐξουσία *potestatem*, legendum esse ἐξουσία, *exuviam*, velamen capitis, à voce Latina *exuvia*. Sed recte contra urget *Salmasius* Tr. de *Coma*, 1. Totam antiquitatem contra stare, omnes Patres, omnes Interpretes, Syros, Arabes, Aegyptios, Latinos, qui omnes vulgatam lectionem tueantur, vocemq; ἐξουσία agnoscant. 2. Vocem *Exuvia* in singulari, non esse vocem Latinam, nec velamen notare, sed vestem. Confer. *Chr. Chemnitius* h. l. p. 277. *D. Gilbert Brunet*, *Reiseb.* P. 2. p. 568. seq. Man nunt nirgends als in *Basel* die Regul des *H. Pauli* so wol in acht / betreffend die *Weiber* / welche über ihrem *Haubte* die *Kennzeichen* der *Herrschaft* / unter welche sie gebracht worden / tragen / die man sonst durch eine nicht gar ungewöhnliche *Redensart* eine *Macht* nennet / denn

alle verheyrathete *Weibes* *Bilder* gehen in die *Kirche* mit einer *Haube* auf ihren *Haubt* / welche sie also bedekket / daß man nichts als die *Nase* an ihnen siehet / sich zurück ziehet / und ihnen bis mitten auf die *Beine* herunter hengt. Dieser *Schleyer* ist allezeit weiß / so daß man nichts als weiße *Köpfe* in der *Kirchen* siehet. Was die *Jungfern* anlanget / tragen sie *Hütte* / deren *Rand* hinten und vornen aufgeschlagen / und im *Gegentheil* auf beiden *Seiten* weit hinaus gehet / und bey einem *Fuß* breit ist. Dieses ist auch die *Tracht* der *Weiber* / und *Jungfern* zu *Strasburg*.

*Dobry* / a / e / *adjekt.* Sorab. Polon. Bohem. bonus, probus, integer, moratus, item amabilis, aptus, idoneus, humanus, misericors, benignus, gutt / from / wolthätig. *Martinus* Lex. Etym. f. 161. Slavon. *dobry* bonus; videntur id fecisse ex do, prepositione, notante *absolutionem*, & *bjram* / capio, colligo: ut *dobre* sit *electum* aliquid: vel à *beru* / accipio. Ita erit *πρόσδεξιον*, *acceptum*, *amabile*. Hæc ille, Nobis *dobry* vox simplex est, ab Ebr. *דוב טוב*, bonus: Syllaba *ry* /

ry // appendicis loco hæret, estq; perlat. **Uailipschi** / a / e / optimus, veluti *παραγωγικόν* ἔ. Rad. טוּב der beste.

Ebr. bonus fuit Arab. طوبى. **Lipie** / adv. melius, et. por- Hinc Samar. טוּב misericordia, & rò, ultra, plus ultra, potius, beser / besser / baß.

**Dere** / adv. Vox syncopata pro dobro; Bohem, **Dobre** / re- **Uailipie** / adverb. optimè, atè, benè, probè, commodè, a- omnium optimè, aufs beste / als ptè, ritè, decenter, gutt / füglich / lerbestens.

recht / wol. **Polipschu** / & **Polipschim** / freq. meliorem reddo, castigo, cor-

**Dobrota** / ta / fœm. Subst. rigo, proficio, instauro, emendo ich bessere.

bonitas, comitas, benignitas, in- **Polipschuiu** / & **Polipschujem** / freq. idem.

dulgentia, die Güte. **Uepolipschu** / & **Uepolipschim** / freq. meliorem non red- do, ich bessere nicht.

**Dobrocziwy** / a / e / adject. benignus, facilis, placidus, mitis, **Sed & Sdobny** / a / e / adj. ex eodem טוּב, decens, æquus, justus, legitimus, billich / gehörig /

beneficus, gutt / wolthätig / gütlich / gütlich. **Uepolipschu** / & **Uepolipschim** / freq. meliorem non red- do, ich bessere nicht.

**Dobrocziwe** / adv. amicè, benignè, gutthätig / gütlich / ge- **Sed & Sdobny** / a / e / adj. ex eodem טוּב, decens, æquus, justus, legitimus, billich / gehörig /

neigt / gütlich. **Sdobnose** / ta / fœm. Subst. anständig / geziemend: litera s / præpositionem cum significat, vel respondet præpos. inseparabili con-

**Dobrocziwosc** / ta / fœmin. Subst. benignitas, munificencia, **Sdobnie** / adv. decenter, ritè, justè, jure, meritò, bellè, non sine causa, billich.

beneficencia; **Gutthätigkeit** / **Gütlichkeit**. **Sdobnosse** / ta / fœm. Subst. æquitas, bonitas, justitia, **Billichkeit**.

**Compos. Derecziniu** / & **Dereczinim** / freq. it. **Dobroczi- nu** / & **Dobreczinim** / freq. benefacio, ich mache gutt. **Uesdobnie** / a / e / adj. ini- qvus, injurius, injuriosus, unbillig.

**Uedobry** / a / e / adject. im- probus, malus, ungutt / böse. **Uesdobne** / adv. immeri- tò, injustè, illicitè, unbillig / un- recht / nicht gehöriger massen.

**Uedobrocziwy** / a / e / adj. haud beneficus, illiberalis, ungüt- **Uesdo-**

**Ueschi** / a / e / comparat. à **Dobry** / **Lj-** pschi / a / e / melior, besser. Su-

**Nesdobnosć** / ta / *fæmin.*  
*Subst.* iniquitas, injuria, injustitia,  
damnum, offensio, Unbilligkeit.

**Spodobam** / *freq.* ab *s/po/*  
& **dobny** / placeo, gratus, acce-  
ptus, jucundus sum, beneplaceo,  
ich gefalle / gefalle wol.

**Spodobny** / a / e / *adject.*  
gratus, acceptus, placidus, ama-  
bilis, gefällig / wolgefällig.

**Spodoba** / ta / *fæm.* *Subst.*  
beneplacitum, Gefallen / Wol-  
gefallen.

**Spodobani** / to / *neutr.*  
*Subst.* libentia, ein Gefallen / Wol-  
gefallen / Gefälligkeit.

**Nespodobam** / *freq.* displi-  
ceo, odiosus, molestus sum, ich  
gefalle nicht wol / mißfalle.

**Nespodobani** / to / *neutr.*  
*Subst.* molestia, displicentia, inju-  
cunditas, offensio, ein Ungefallen /  
das Mißfallen.

**Dosc** / Polon. **Dosc** / & **Do-**  
**sc**: Bohem. **Dosti** / satis, sat,  
abundè, affatim, sufficiens, suffi-  
cienter, genug. **Do** wole **dosc** /  
satis abundèq; quantum volupe  
est; genug / so viel als man begeh-  
ret. **Dosc cjinu** / satisfacio. ich  
mache / thue gnug / vergnüge.  
**Dosc mam** / Bohem. **dosti mihi** /  
contentus sum, sufficit mihi, ich  
habe gnug / bin vergnügt / zu frie-  
den / begehre nicht mehr. **Dosc** /

faciam ab Ebr. **א** sufficientia, suf-  
ficiens, satis. Hinc etiam Græca  
**ἀδ**, satietas, **ἀδ**, abun-  
dans, largus, **ἀδω**, satio, expleo,  
*Henr. Stephan. Thes. Græc. Lingv. T.*

*i. f. 1442. Significat ἀδ satietatem, (ab ἀδω, deductum,) utpotè quod propriè tedium significet, satietatem sequens, id est, fastidium: ita ille. Ast ἀδω, id est, tædio afficior, propriè præfatigatione: forte huc non pertinet: Videtur autam ἀδω deductum ab אהב, Chald. i. e. removit, amovit, in Hithp. Arab. supersedit, avertit; Chald. transit.*

**Dru** / & **Drjm** / *freq.* Bo-  
hem. **Drsti** / excorio, glubo, de-  
glubo pellem, corum detraho, it.  
deplumo, ich schinde / ziehe das  
Fell / die Haut ab / item schlüsse  
(Federn) item reisse von einan-  
der. Consonat Arab. **عري** i. ex-  
coriavit ovem. Hinc Græcis  
quoq; **δέρω**, excorio, pellem de-  
traho, **δέρμα**, pellis, **δρα**, exco-  
riatio. Sed **Dru** significat etiam  
Metaph. rixor, contendo, *item*  
pugno, prælior; (idem valet  
**δνειάω**, & **δνειάομα**,) *item* di-  
straho, divello, *item* scindo, rum-  
po, demolior, dejicio, ich zerre /  
reisse: **Zubu Drjcz** / os distrahe-  
re, das Maul von einander zerren.  
**Dru se (so) skim** / rixor cum ali-  
quo



qvo, ich ranke / zerre mich mit ei-  
nem. Woda dre / aqua terram  
vastat, demolitur, das Wasser  
reißt ein.

Dreni / to / neut. Subst. pro-  
priè actus excoriandi, sive deglu-  
bendi, item exactio, coactura,  
das Schinden / Schinderey.

Drezi / to / neut. Subst. idem.

Dreny / a / e / adj. excoria-  
tus, item deplumatus, geschun-  
den / item geschlossen.

Draczi / ton / masc. Subst.  
carnifex, (morticinorum excoria-  
tor, it. sangvisuga, avarus, nun-  
dinator sordidus, ein Schinder.

Compos. Nedru / & Ne-  
drjm / freq. pellem non detraho,  
item non contendo, ich schinde  
nicht.

Wodru / & Wudru / it.

Wydru / & Wodrjm / vel Wu-  
drjm / item Wydrjm / freq. de-  
glubo, excorio, discorio, item de-  
molior, dejicio, ich schinde ab /  
item reisse ein. Polon. Odry-  
wam / & Bohem. Odrjti / item  
Wydrjti / idem.

Hinc Wodrjnca / Germ.  
Oderwitz / à Wodrjwam / vel  
Odrywam / Nom. Propr. pagi in  
Lusatia; nomen accepit à ruptu-  
ris, colliciis, aut hiatibus terræ,  
qui sunt à violentiâ aquæ, aut in-  
undationibus, wo es viel Schlif-

FARS II.

ter / Erdenrisse / oder Wasserrisse  
giebet / da das Wasser leicht reißt  
set / und einreißet.

Wudrynny / a / e / adj. ex-  
coriatus, abgeschunden.

Newudru / & Newudrjm /  
freq. non excorio, item non deplu-  
mo, ich schinde nicht ab / item  
schleisse nicht aus.

Newudrynny / a / e / adj.  
non excoriatus, non deplumatus  
probè, nicht abgeschunden / nicht  
aufgeschlossen.

Zedru / & Zedrjm / freq.  
decorticor, corticem detraho,  
destringo, avello, ἀποσπᾶν, ἀ-  
φέλειν, ἀποδερεῖν, ich streife ab /  
schleisse (Zedern) auf.

Dwor / ton / masc. Subst.  
Sorab. Polon. Dwur / Bohem. id  
est (1.) aula, ædes aulicæ, domus  
aulica, (2.) Villa, rustica domus,  
(3.) subdiale, area, andron, hy-  
pathria, cavadium, locus apertus  
& vacuus ante magnæ ædes. ein

Hof / Fürstenhof / oder Haus /  
item Mayerhof / Baurenhof / item  
der Hof im Hause / Borhof /  
Anezi dwor / prædium nobile,  
ein Edelhof / Herrenhaus. Dwor /  
ab Arab. دوار domus. Samar.  
דור atrium. Rad. דור Ebr.  
Chald. Syr. i. e. habitavit: item  
struxit, extruxit, Ebr.

Dworez / ton / masc. Subst.  
P p p Dimin

*Dimin.* aulula, villula, ein Höfgen.

**Wudwernit** / ton / *masc.*

*Subst.* sublimen, superlimen, superliminare, die Oberschwelle.

**Udwornit** / vel **Udwornyt** / ton / *masc.* *Subst.* Vox Slavi-

ca, i. e. curialis, aulicus, ein Hofbedienter / einer vom Hofe: est à dwor / quoq; , i. e. aula principis, videtis nunc *D. Thom. Reinosi* Var. Lect. Libr. I. c. 14. p. 52.

**Hdje** / al. **dje** / Polon. **gdjie** / Bohem. **Kde** / *adv.* ubi, quo, quo

in loco, qua, wo / wohin. Consonat Græc. ὅθι, ubi; nec non ὅθι, & ὅτε, quando, quum: Vel uti à quis fit quo, (nisi hoc fuerit ab Ionicō ἔθι, ubi:) sic **hdje** / posset esse à ἕς, ἕθι, quis: τίς ducam ex Chald. 𐤆𐤍 qui: hoc autem est ex Ebr. 𐤍: ita *Martinus Lex. Etym.* in *Quis*: f. 3004. Malim tamen vocab. **hdje** / ab Ebr. 𐤍, ubi, per prosthesis: fortè Græcorum ἔθι, ubi, ex eodem; quod alii ad ὅς referunt. Porro Ebræis ab 𐤍 & 𐤆, est 𐤍𐤆, ubinam *Job* 38. 4. Ducam hinc Græcorum πῆ, Doric. πῶ, (quibuscum convenit Germ. wo / & vulgare wu;) item ὅπρ, ὅπρῆ, ὅπρῆ Poët. & Latinor. ubi; *Schrevelius*, πῆ, ubi ab ἔθι, Thema ἕς, qui. Ita ille.

**Hdjesch** / *adv.* ex eodem

**hdje**; (ut à dy / gdy / vel fdy /

sunt dysch / gdysch / & fdysch:)

ubicuq; , ubi demum volueris, ubiubi, quocunq; ὅπρδῆπορῆ, wo / irgend wo / wohin man wil: annectitur ei quandoq; ; particula li / unde **hdjeschli** / & idem significat: sic Græcis ὅπρδῆ, ὅπρδῆπορῆ, ἰπρπερ, ὅπρδν, pro ὅπρδν, ubi-cunq; , ubilibet, ubivis.

Compos. **Nihdje** / *adv.* Bohem. **Nitdej** / nullibi, nusquam, ἄδαμῆ, nirgends.

**Wschuhdjom** / *adv.* Bohem. **wšudy** / Polon. **wšedy** / item **wšedzie** / ubivis, ubiq; ; passim, πᾶντοῦθι, quolibet, allenthalben / à **wšchon** / omnis, & **hdje** / ubi. **Wschuhdjom hew** / undiq; , allenthalben her.

**Wschuhdjomny** / a / et *adj.* omnipræsens, algegenwärtig.

**Wschuhdjomnosc** / ta / *æm. Subst.* omnipræsencia, ubiquitas, Allgegenwart.

**Hinu** / & **Hinem** / *freq.* Polon. **Gine** / significat duo: (1.) pereo, intereo, dispereo *tempore propriè*, ich vergehe / werde zu nichts / als der seine Jahr / Ziel / und bestimmte Zeit erreicht hat. (2.) Tabesco, ad tabitudinem redigor, exareo, exaresco, ich schwinde / verschwinde / verfalle / nehme ab / Synecd. Ab Arab.

𐤍𐤍 appropinquavit tempori suo.

Omni-

Omnium autem rerum & ætatum certum est tempus, quo exacto, deficient viribus, corpore, & substantiâ. Ab אָנ Arab. est אָנ tempus: Hinc Lat. *annus*, das Jahr. Sed & אָנא *anah*, Ebr. i. e. tempus, cum eodem facit.

Compos. זָהִינוּ / & זָהִינֵם / *freq.* dispereo, *item* exaresco, ich vergehe / versalle / zerfalle / nehme gänzlich ab.

זֹלִיא / *ta / fem. Subst.* sylvæ, locus arboribus confitus, lucus, ein Wald / Heide / Pusch / Gesölze. Confinis est Græc. ἀλωά, ἀλωή, locus arboribus confitus: *item* ὕλη, sylvæ, (à qvô Germ. Holz.) Singula hæc ducam ab Ebr. אֵילָא *elah*, vel *ellah*, quercus, ilex, vel arbor; *item* quercetum, lucus quercuum, vel sylvæ, Rad. אֵילָא Chald. & Syr. luxit. Igitur זֹלִיא dicta Sorabis, ut Latinis *lucus*, à *luceo*, scilicet quia sacrificiorum frequentia ibi luxerit quondam. Vid. *Martin. Lex. Etymol.* in *Lucus*, f. 1689. f.

זֹלִיא / vel זֹלִיאַן / *ton / masc. Subst.* (ab זֹלִיא / uti ab אֵילָא Ebræi faciunt אֵילָא quercus, & Chald. אֵילָא & אֵילָא arbor.) Vir sylvestris: qui in sylvis degit, ein heidischer Mann / oder Bauer / einer aus der Heide.

זֹלִיאַנְטָא / *ta / fem. Subst.*

mulier sylvestris, ein heidisch Weib. זֹלִיאַנְטָא / *a / e / adj.* sylvestris, heidisch / aus oder von der Heide her.

זֹסָא / *to / neutr. Subst.* Bohem. hus / anser, elne Gans. Sic אָנֵס anser, Arab. Chald. Talm. Ab זֹסָא / est זֹסִינֵעֶז / ein Gänse Dorf / nom. Propr. pagi in Bohemia, à qvô B. M. Johannes Hussius martyr celebris, cognomen suum accepit, quod eò in loco natus esset. *M. Zachar. Theobaldus Bell. Hussie. c. 9. f. 16. A pagò זֹסִינֵעֶז M. Johannes cognomen suum traxit. Itaq; Hussius anserem significat. Hinc ita M. Matthæus Colinus ap. Theobaldum loc. cit. c. 20. f. 51. seq.*

Hussius ætherei sincerus servus

JESU,

Bojemi populi pastor Apostolicus.

In Constantensi Synodo est exustus iniquè,

Cælum animam, cineres ossaq; Rhenus habet.

Ille renascentis Verbi sine labe fidelis

Præco, bonus vitâ, dogmatibusq; bonus.

Christe Bohemorum genti concede perenni

P p p z

Ue

Ut studio cantus anseris hujus  
amet.

Anseris hujus, hoc est, Hussii.  
conf. alia ap. D. Dornav. Amphith.  
Sapient. Tom. I. f. 403. Ab hoc  
beato Viro proverbium inter no-  
strates tale est, *hec quidem anseris  
fides est*, es ist ein Gänse Glaub-  
ben: quo futilia sentientes redar-  
guimus. Id verò à Pontificiis ex-  
cogitatum est, utpote qui M. Jo-  
hannis Hussii doctrinam, quam ta-  
men Verbo DEI repugnantem to-  
tum Concilium Constantiense pro-  
bare non potuit, docente Theobal-  
do l. c. c. 18. fidem sive opinionem  
eam anserum esse, h. e. vanam &  
creditu indignam, malè perhibue-  
runt. Hoffmannus Cent. 8. Epigr. 19.

Bojemis quondam vixit pius  
Hussus in oris,

Nomine quo Gansam lingua  
Bohema notat.

Ipsius absurdum multis rationis  
& expers

Dogma videbatur, nec bene-  
sana fides.

Hinc quicquid nulla vulgò rati-  
one probatur,

Hec Hussii multis est vocitata  
fides.

Taliter hinc ortum vulgata pa-  
ræmia traxit,

Quod vanum est, dicunt,  
anseris esse fidem.

Ceteroquin anser autem pro nugi-  
vendulo etiam fumitur. M. Henr.  
Oelschlegel. Cent. Hieroglyph. n. 7.  
Anser Hieroglyphicè accipitur I. de  
homine damnifico & nequam, ut Co-  
micus loquitur Cistell. act. 4. sc. 2.  
v. 62. Anser enim quocunq; sparsit  
oletum, miris modis incommodat.  
II. de nugivendolo, qualis anser in-  
ter Olores. Hæc Ille. Anseres  
nulli in Habessina, vid. Job Ludolfi  
Hist. Æthiop. Libr. c. 12. de laudi-  
bus anserum, cont. Dornavus  
Amphith. Sap. Tom. I. f. 398. ff.  
De Anseris martinali, Martini  
Gans / vid. M. Joh. Junghans  
Serm. IX. de Temp. p. 253. ff.

Zuseca / ta / fem. Subst.  
famella anserina, die Gans / das  
Weiblein. Gansor / anser mas,  
der Gänsericht. Vid. infra Gansor.

Zusatko / to / neutr. Subst.  
diminut. anserculus, das Gänblein.

Zusacy / a / e / adj. anse-  
rinus, gänlich / gänsin.

Zusar / ton / masc. Subst.  
qui præest gregi anserum, ein  
Gänsehirt.

Zusarka / ta / fem. Subst.  
anseraria, eine Gänsehirtin.

Zusanca / ta / fem. Subst.  
eruca, eine Raupe. Dicitur est  
quasi Zusamca / καὶ ἀψιδίχου, &

πυγ-

παράγωγην. Ex Ebr. גזא gazam, hoc est, קאמפא, eruca, Joel. 1. 4. c. 2. 25. Amos 4. 9. Sic Græci, Hieronymus, & B. Lutherus vocem vertunt, sicq; vertendam multis asserit Fullerus in Miscellan. Libr. 5. c. 20. Aliter Ebraei, Chaldaei, & Syri, quibus גזא gazam, locusta est. His se adjungit Sam. Bochartus Hieroz. Part. 2. Libr. 4. c. f. 443. seq. Certè autem sensum vocabuli nimis rigidè ad unam saltem speciem insectorum posteriores adstringunt; cum ad erucas etiam optimè pertinere videatur. Ebraei גזא deducunt à גזא gaz, vel גזא gazaz, quod tondere, est, & abscindere. Et finale Mem servile esse volunt; quamvis simile nomen nullum proferant. Quippe גזא gratis, גזא frustra, גזא quietè, גזא interdix, גזא verè, quæ hic citant, non sunt Nomina, sed Adverbia. Itaq; vera Radix est verbum גזא gazam, quod Talmudici in abscindendi & amputandi notione quandoq; usurpant: ut in Avoda Zara f. 50. b. גזא גזא גזא non amputant ramos arborum, sed oleum unguunt in locum amputationis, Sic Arabicè in Alcamus גזא putavit palmam. Æthiopicè etiam occurrit pro ἐκέρπειν, Matth. 3. 10. c. 7. 19. Luc. 3. 9. c. 13. 7. 9. In

quibus locis æqvè agitur de arborum amputatione. Inde igitur eruca dicta, quia præacutis dentibus non solum brassicæ, & similium: sed & arborum folia, more locustarum, erodunt, amputant, atq; abscindunt. Isidorus Orig. L. 12. c. 5. p. 1126. Eruca frondum vermis oleribus vel pampinis involuta: ab erodendo dicta, cujus meminit Plautus, imitatus nequam bestiam, & maleficam involutam in pampino. Implicat se eadem: nec advolat ut locusta, ut huc illucq; discurrens, semipasta dimittat, sed permanet perituris frugibus, & tardo lapsu pigrisq; moribus universa consumit. D. Wolfg. Franzius Hist. Anim. Part. 5. c. 4. p. 814. Sunt erucæ isti vermes, qui apud nos sæpius & vel quotannis depopulantur frondes, & flores arborum, folia brassicæ, & similia. Ceterum exurit etiam eruca; Columella:

--- serpitq; eruca per hortos,  
quos super ingrediens exurit semina  
morsu.

Hæc vis' urendi alia qualitas est, procedens ab erucæ humore nocivo & calido, (περνω) quem exspuit. Hinc observarunt, cutem

PPP 3

aduræ

adart, & pustulas relinqui, cum per hominis membrum calefactum eruca serpunt: item vibices exurgere, tumescere eutem, & occallescere, & oculos curvari equorum, si super erucas se volutant, aut scabunt ad arborem scatentem illis, plura de erucis vid. Franzius Hist. Anim. loc. cit. p. 814. ff. M. Herm. Henr. Grey Bibl. Thierb. Part. 5 c. 11. p. 359. D. Hieronymus Comm. in Joel. 2. 25. Tom. VI. Op. f. 77. seq. Querimus cur eruca fortitudo vel virtus Domini Joel 2. 25. appellata sit: & non solum virtus, sed virtus magna? Quomodo potentia DEI in Aegyptiis plagis ostensa est per parva animalia: & praecipue cyniphes, qui tam parvi sunt culices, ut vix cernantur oculis: sic & nunc in parvo tardoq; vermiculo, qui vix moveri potest, & levi tactu conteritur, DEI potentia & humana fragilitas demonstratur. Non quo DEUS ad nutum suum & potentiae majestatem nequeat terras subvertere, & operire cuncta diluvio, vel fulmine concremare: sed per parva, & ut ita dicam paucula corporum ostendit humanam fragilitatem. Unde & illud solemus Marcioni, & ceteris respondere haereticis, qui vetus lamiant Testamen-

tum: quod & pulices & cimices, & hujuscemodi animantia id circò fecerit DEUS, ut fragilitatem & imbecillitatem nostrae carnis ostenderet: quae in tantum nihil est, ut ab his quae parva sunt, vulnere- tur. Si autem eruca parvusq; vermiculus fortior homine est, quid gloriatur terra & cinis, & elata per superbiam, (cum ex humo sit, à quo homo appellatur) humana contemnit?

Janio / vel Jenio / to / neutr. Subst. agnus, ein Lamm. Consonum Chald. נַיַּי ana, id est, pecus ovile, sive agnus sit, sive ovis, aut capra; est enim generale nomen vid. Sam. Bochartus Hieroz. Part. I. Libr. 2. c. 43. f. 420. Praeposunt autem Sorabi literam j; quomodo in jena / una, juno / semel, &c. Sic Latinis ipse, à ψε, praeposito i. Magis accedit Bohemorum gehne / agnus an נַיַּי ubi y initiale per G. efferunt ἀρχαϊκῶς: ita etiam sonasse hanc literam apud veteres, constat ex nominibus נַיַּי Ragan, & נַיַּי Ragnel, inde deductis. Utut verò sciam Græc. ἀγνιον, & Lat. agnus ab aliis duci à Græco ἀγνός, castus; facta tamen ab eodem נַיַּי vocabula reor; nimirum, in quibus α προδελικόν, vel εὐφωνικόν sit: & G pro y positum,

tum, uti supra. Polon. *Jagnie* / agnus. Id vel ad Lat. *agnus*, vel ad Græc. ἀγνίον referas: utrumq; enim dissimile non est. Sed נַיַּו ut hoc quoq; addam; Chaldæi, quibus solenne est י & ו permutare, habent ab Ebr. נַיַּו, נַיַּו, vel נַיַּו: sic enim נַיַּו μετὰ θεῶν scribi solet vox eadem, vid. *Bochartus Hieroz.* l. c. f. 432. Radix est נַיַּו, vel נַיַּו, aut נַיַּו, Arab. h. e. sobolescere, fatificare, fecundum esse, vel ovibus abundare, *Bochart.* l. c. & *Hotting. Lex. Heptagl.* p. 398.

*Jeniatto* / to / neutr. Subst. Dimin. Polon *Jagniatto* / agnellus. agnus tener, lactans, ein Lämmlein.

§ Paucissima de Agnis, cum cetera chartæ brevitatis non capiat, hæc annotanda duxi, *Georgius Cassander in Consult.* Cap. de *Imag. & Simulacr.* p. 150. Solebant antiquitus imagines quædam ita depingi, ut non expressam aliquam rei effigiem, sed typum quendam & symbolum alicujus rei adumbrarent, quomodo apud Paulinum, ut Spiritum sanctum in specie columbæ, ita Christum in speciem Agni figuratum legimus. Crucis vero signum undiq; corona floribus contexta cinctum depingebatur, ejusmodi imaginem pictam Paulinus in ingressu

*Basilicæ suæ locaverat, subjectis his pulcerrimis versiculis, quæ symboli illius notionem explicant:*

*Cerne coronatam Domini super  
atria Christi*

*Stare Crucem, celso spondentem  
celsa labori,*

*Premia, tolle crucem, qui vis  
auferre coronam.*

*Cruci quoq; insidebant Columbæ,  
quem typum aliis versibus aperuit:*

*Quæq; super signum resident cœ-  
leste columbæ,*

*Simplicibus produnt regna pa-  
tere DEI.*

*Ex quibus apparet Christum magis in typum Agni, quam effigie humana depingi consuevisse, quod usq; ad tempus sexti concilii generalis obtinuisse videtur, in quo statuitur, ut pastores in posterum non in agni typo, ut fieri consuevit, sed humano charactere Christum exprimant: & satis apparet ex scriptis Gregorii, quamvis ejus ætate superstitio in cultu sanctorum non parum invaluerat, tamen picturas tantum in Ecclesiis admittas fuisse, non item statuas, vel Simulacra.*

§ *Agnus DEI, Talisman  
papæ: de ejus materia, & virtu-  
te,*

te, scilicet! ita Papa Urbanus V. ad Imperatorem Græcorum;

Balsamus, & munda cera cum  
chrismatis unda,

Conficiunt Agnum, quod munus  
do tibi magnum.

Fonte velut natum, per mystica  
sanctificatum,

Fulgura desursum depellit, omne  
malignum

Peccatum frangit, ut Christi  
sanguis, & angit,

Pregnans servatur, simul &  
partus liberatur,

Munera fert dignis, virtutem  
destruit ignis,

Portatus mundè de fluctibus eri-  
pit unda.

D. Pfeifferus Antiq. Græc. Libr. 3.  
c. 24. p. 554. Athenienses bellum

indictari in clarigationis signum,  
agnum immittebant: ex lege, cu-

jus meminisse deprehenditur Dioge-  
nianus Cent. II. Proverb. 69.

"Ἄγνα προσβάλλειν τῶς πόλεμον αἰρεῖν  
βυλομένους. Agnum immittunt in

hostium fines, bellum indicturi. He-  
sychius autem in Lex. suo. non cla-

rigationis, sed pugnae signum esse vo-  
luit, dum ita scribit in voce ἄγνα

προβ. "Ἄγνα προσβάλλειν, agnum  
immittere: Lex. erat apud Athe-

nienses, ne prius confligeretur, sed  
expectaretur, usq; dum aliquis ex

hostibus agnum arriperet, ad im-

mittendum. Hæc Pfeifferus. Pri-

amus filios increpat apud Poetam,  
non concessa comedentes, his ver-

bis: agnorum intimi raptores, &  
hædorum. Philochorus legem a-

puod Athenienses sancitam fuisse di-  
cit, ne quis agnum comederet,

quia animalis hujusmodi species  
aliquando apud eos penè defecerat.

Athen. Dipnos, Libr. I. c. 4. f. 4.

Jasniu / & Jasniem / freq.  
Polon. Jasnieie / clareo, splen-

deo, claresco, splendesco, efful-

geo, eluceo, ich leuchte / glänze /  
scheine / schimmere, An à יָסֵינִי vel

יָסֵינִי Arab. (per πέρθεσθαι) i. e. lu-  
xit; splenduit? Hinc etiam Germ.

scheinen / lucere, Schein / lux,  
lumen,

Jasny / a / e / adj. Sorab. Po-  
lon. Gasny / Bohem. lucidus, di-

lucidus, clarus, illustris, nitidus,  
serenus, splendidus, helle / klar /

heiter / scheinbar.

Jasnie / adv. Polon. Jas-  
sno / clarè, liquidè, dilucidè, pla-

nè, clarè, helle / klar.

Jasnosc / ta / fœm. Subst.  
Sorab Polon. Gasnost / Bohem.

claritas, luciditas, splendor, nitor,  
fulgor,



fulgor, claritudo, serenitas, Klarheit / Schein / Glanz.

**Jelen / ton / masc. Subst.**  
Sorab. Polon. **Gelen / Bohem. cer.**  
vus, cerva, ein Hirsch. Ab Ebr. **חַיָּל** *ajal*, cervus, apposito *N. paragogico*. *Martin. Lex. Etym. f. 443.* In Scripturis divinis cervus dicitur **חַיָּל**, foeminino **חַיָּלָה**, unde Slavonicum **Gelen** pro cervo duci videtur. A robore autem cervus nomen habet, quod in eò summum esse docent velocitas, & agilitas, licet animus non respondeat. Nam **חַיָּל** Ebr. fortitudo, virtus & Syris **ܢܚܠܐ** idem. Quæ de cervis Scriptura habet, poterunt videri ap. *D. Wolffg. Franz. Hist. An. Part. I. c. 15. p. 155. fs. Joh. Cyprian. Contin. Part. I. c. 15. p. 386. fs. Herm. Henr. Grey Bibl. Thierb. Part. II. c. 1. p. 117. fs. Sam. Bochart. Hieroz. Part. I. Libr. 3. c. 17. & 18. f. 880. fs. Joh. Sperling. Zoolog. Part. Spec. c. 12. p. 201. fs.*

Ut Germ. **Hirse / milium** ab **Hirsch / cervo**, ducendum crederem, quod cornu cervi figuram, coloremq; spica milii gerat: sic **Jahly / te / plur. Subst. Polon. Jagly / Bohem. Gably / milium**, vel à **Jelen / aut ab חַיָּל** Ebr. ex eadem ratione. Vel **Jaly** ab **חַיָּל** à robore, quod caule aspero firmoq; præditum milium sit. Ita

PARS II.

Græcis **κέρκερος**, & **κέρκερον** est milium, à **κέρκω** aspero: *Milium album seu lucum est caule aspero, & hirsuto, ait Corn. Schrevelius in Lex. p. 439.* Alludit etiam Syr. **ܢܚܠܐ** *jabla*, i. e. multitudo, ad voc. **Jaly**: Quomodo *Isidorus Orig. Libr. 17. c. 3. p. 1237.* Milium à multitudine fructus vocatum: quasi scilicet mille grana ferat unus culmus: gerit autem in paniculis copiosum granum. *Dioscor. Libr. 2. c. 88. f. 238.* Minus omnibus aliis frumentaceis nutrit panis ex milio factus. Confecta ex eodem puls album sistit, sed urinam cit. Succurrit idem præsentis remedio torminibus, aliisque doloribus, fervens inditum saccis & impositum. *Marcellus Vergilius in Com. ibid.* Milio posteriores naturam & vires assignarunt refrigerandi in tertio, siccandi vero in secundo ordine: habere præterea vires extenuandi aliquas milium crediderunt: nihilq; ad concipiendum & retinendum calorem aptius eo esse vid. *Joh. Henr. Ursinus Herbar. Libr. 2. c. 3. p. 94 seq.* Ebr. **דּוּחַן** *dochan*, milium, *Ezech. 4. 9.* In quem locum *Hieron. T. V. Oper. f. 389.* Milium rusticorum, & agrestium, & altitium cibus est.

**Бези / & Бзем** freq. aut **бечзи**

Q 99

&



stites sunt, & à Pontifice ad Principes aliosq; potentiores destinantur, & causis non ita arduis magnisq; solvendis adhibentur. Quidam *Legati nati*, qui nimirum eo ipso, quo Ecclesiis præficiuntur, & præfules creantur, Legati Apostolici nomen & dignitatem assequuntur. Talis erat in Hispania Episcopus *Toletanus*; in Gallia *Rhemensis*, *Magdeburgensis* olim in Germania: hodie *Salisburgensis*: in Polonia *Gnesnensis*. *Strigoniensis* in Hungaria, &c. Etiam *Legati Politici* ratione temporis discriminantur; ut alii sint *Temporarii*, quibus certum quoddam negotium exequi in mandatis datum, quo peracto domum redeunt. Alii *Residentes*, qui nec ad definitum certumq; negotium, nec ad tempus certum, sed ex voluntate mittentis ex anno in annum, ex lustro in lustrum, donec non fiat revocatio, resident, ad omnium rerum, quæ in alieno regno accidunt, explorationem, & quæ Domino suo commoda, aut incommoda futura sunt, accuratam notationem, & revelationem. Vid. *Joh. Christ. Sagittarius*. Dissert. de *Bono Legato*. Edit. Jen. 1647.

*Poslestwo* / to / neutr. Subst.  
eine Bottschaft.

*Ueposcelu* / & *Ueposce-*

*lem* / freq. non ablego, ich über-  
sende nicht.

*Pschiposlaju* / & *Pschipo-*  
*slam* / freq. mitto, mando ad ali-  
quem, ich schicke zu.

*Pschiposlany* / a / e / adject.  
transmissus, zugeschikt.

*Pschiposcelu* / & *Pschipo-*  
*scelem* / freq. idem quod *Pschip-*  
*oslaju*.

*Sassoposlu* / & *Sassopo-*  
*slam* / freq. remitto, retromitto,  
ich sende wieder / oder zurücke.

*Wokoloslaju* / & *Woko-*  
*loslajem* / freq. passim dimitto, ich  
sende herum.

*Wokoloslany* / a / e / adj.  
ablegatus, herumgeschikt.

*Wokoloscelu* / & *Woko-*  
*loscelem* / freq. idem quod *Wo-*  
*koloslaju*.

*Wonslaju* / & *Wonslajem* /  
freq. ablego, passim dimitto, ich  
sende aus / ab.

*Wonscelu* / & *Wonsee-*  
*lem* / freq. idem.

Sed uti ad  $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omega$  supra Græcor.  
 $\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omega$ , retulimus; unde  $\alpha\gamma\gamma\epsilon-$   
 $\lambda\omega$ , Lat. *Angelus*, Germ. *Engel*:  
Ita ab eodem Sorabis *Jandzel* /  
*Angelus*, auctâ voce literâ *J.* & *γ.*  
mutatâ in *dž* / per antistæchon,  
*Gregorius M.* Homil. in *Luc. XV.*  
ap. *Alcuin.* in Homil. f. 295. *Græ-*  
*ca Lingua* *Angeli nunciî*, archan-  
geli

geli verò summi nuncii vocantur. Sciendum quoque Angelorum vocabulum nomen est officii, non nature. Nam sancti illi cœlestis patrie Spiritus semper quidem sunt Spiritus, sed semper vocari Angeli nequaquam possunt; quia tunc solum sunt Angeli, cum per eos aliqua nunciantur. Unde & per Psalm. dicitur: qui facit angelos suos Spiritus. Ac si patenter dicat: Qui eos quos semper habet Spiritus etiam cum voluerit Angelos facit. Hæc ille. Angeli creati sunt in sextiduo, vid. D. Mich. Walther Spong. Mos. p. 164. fs. Saubert. Palæstr. Theol. p. 40. fs. Contra Lactantium Instit. Divin. Libr. 2. c. 9. & alios Angeli ab Ecclesia primævâ adorati non sunt; cœpit autem ἀγγελολατρεία, Seculo V. vid. B. Quensted. Antiq. Eccles. cap. VI. num. I. p. 601. fs. Non Angeli, quum sint immortales, dici se Deos aut patiuntur, aut volunt: quorum unum solumque est officium servire nutibus Dei, nec omnino quicquam, nisi iussum facere. Non est in Angelis quicquam; nisi parendi necessitas. Itaque nullum sibi honorem tribui volunt, quorum honor in DEO est. Hæc Lactanti-

us Instit. Divin. Libr. 2. c. 17. conf. D. Job. Tob. Major Exercit. de Nat. & cult. Angelorum.

§ Angeli, uti habent in cœlis suos ordines, ita & sua nomina. vid. D. Gejerus Com. in Dan. c. 10. p. 803. Sed verò B. Gerhardus Disp. Hag. Loc. VII. c. 1. § 13. opinatur, ad tempus solum ratione injunctæ expeditionis Angelis imposita fuisse. Idem sentit Gregorius M. Homil. in Luc. XV. apud Alcuin. Hom. 4. p. Pent. f. 295. Idcirco Angeli privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate quam de visione omnipotentis DEI plena scientia perfecit, idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum personæ sine nominibus sciri non possint, sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomen à ministeriis trahunt. Michaël namque, quis ut DEUS? Gabriel autem fortitudo DEI, Raphael verò dicitur medicina DEI. Et quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michaël mitti perhibetur, ut ex ipso actu & nomine detur intelligi, quia nullus potest facere, quod facere prævalet DEUS. Unde -- factum est prælium cum Micha-

Michaele Archangelo, Apoc. 12. ut  
(Diabolus) qui se ad DEI simili-  
tudinem superbus extulerat, per  
Michaelem peremptus discat, quia  
ad DEI similitudinem per super-  
biam nullus exurgat. Ad Mari-  
am quoque Gabriel mittitur, quia  
fortitudo DEI nominatur. Illum  
quippe nunciare veniebat, qui ad  
debellendas aereas potestates humi-  
lis apparere dignatus est. ---  
Raphael quoque interpretatur, ut di-  
ximus medicina DEI quia scilicet  
dum Tobiae oculos quasi per officium  
curationis tetigit, caecitatis illi-  
us tersit tenebras. Qui ergo ad  
curandum mittitur, dignum vide-  
licet fuit ut DEI medicina vocare-  
tur, conf. M. Mich. Schneider  
Αγγελολογ. Sacr. membr. 2. artic.  
1. § 8 9. & 10. p. 52. seq.

Jandjelsk / ton / masc. Subst.  
diminut. parvus angelus, quasi di-  
cas Angellulus, Engelein.

Jandjelski / a / ei / adj. an-  
gelicus, Englisch.

Jandjelsstwo / to / neutr.  
Subst. chorus Angelorum, das Chor  
der Engel.

¶ Porro à πῆσ supra duximus  
Sorab. Scelu / & Graecor. σέλω.  
Ab hoc est ἀπόστολος, & Lat. Apo-  
stolus, Germ. Apostel / & Sorab. I Jas

postel / à quibus I. per prosthesin,  
voci praefigitur. Hier. Com. in Gal.  
c. 1. Tom. IX. Oper. f. 79. Ἀπόστολος  
hoc est missus: Hebraeorum pro-  
priè vocabulum est: quod Silas  
quod sonat: cui à mittendo  
(à πῆσ igitur non à sileo, ut con-  
jicit Georgius Pafor, in Ezym. Nom.  
Propr. voc. Σίλας.) misso nomen  
impositum est. Ajunt Hebraei in-  
ter ipsos quoque Prophetas, & san-  
ctos viros esse quosdam, qui &  
Prophetae & Apostoli sint: alios ve-  
rò qui tantum Prophetae. Denique  
Moysen, cui dicitur: Et ego mit-  
tam te ad Pharaonem: & ipse re-  
spondeat: provide alium quem  
mittas. Et Esaiam, cui loquitur  
DEUS: Quem mittam: & quis  
ibit ad populum istum, esse & Apo-  
stolos & Prophetas. Unde & nos  
possumus intelligere Joannem quoque  
Baptistam, & Prophetam & Apo-  
stolum appellandum: siquidem ait  
Scriptura: Fuit homo missus à  
DEO, cui nomen erat Johannes.  
Et in Epistola ad Hebraeos propter-  
eà Paulum solita consuetudine nec  
nomen suum nec Apostoli vocabu-  
lum praeposuisse: quia de Christo  
erat dicturus. Habentes ergo prin-  
cipem sacerdotum, & Apostolum  
con-



confessionis nostræ JESUM; nec fuisse congruum ut ubi Christus Apostolus dicendus erat, ibi etiam Paulus Apostolus poneretur. Quatuor autem genera Apostolorum sunt. Unum, quod neq; ab hominibus est, neq; per hominem; sed per JESUM Christum, & Deum Patrem. Aliud quod à DEO quidem est, sed per hominem. Tertium, quod ab homine, non à DEO. Quartum, quod neq; per hominem, neq; ab homine, sed à semetipso. De primo genere esse potest Esaias, ceteriq; Prophetæ; & ipse Apostolus Paulus; qui neq; ab hominibus, neq; per hominem, sed à DEO Patre, & Christo missus est. De secundo, JESUS filius Nave: qui à DEO quidem est Apostolus constitutus, sed per hominem Moysen. Tertium genus est: cum hominum favore & studio aliquis ordinatur. Ut nunc videmus plurimos non DEI judicio, sed redempto favore vulgi in sacerdotium subrogari. Quartum est Pseudoprophetarum & Pseudoapostolorum. De quibus Apostolus: Istiusmodi, inquit, Pseudoapostoli, operarii iniquitatis; transfigurantes se in Apostolos Christi, qui

PARS II,

dicunt: Hæc dicit Dominus: Et Dominus non misit eos. Vid. D. Joh. Andr. Qvensted. Antiqv. c. 2. n. 1. p. 73. Is. Jos. Arnd. Lex. Antiqv. Eccles. tit. Apostoli. p. 15. Is. De Johanne Matthiaso, Anabaptista, ejusq; XII. Apostolis. vid. Ernst. Amphitheatr. Part. I. p. 68. Is.

Ἰαποστολῆ / a / e / adj. Apostolicus, Apostolisch. Ἰαποστολῆ Ὀμῆ / Symbolum Apostolicum, der Apostolische Glaube: it. der Glaube simpliciter.

§ An ab Apostolis collatum sit? Affirmant Irenæus, Cyprianus, Rufinus in Symbol. ap. Hieron. T. IV. Oper. f. 102. Hieronymus ad Pammach. Tom II. Oper. f. 173. Chemnit. Orat. de Lect. Patr. Loc. Theol. Tom. I. p. 3. 12. & seq. Gerhardus Prefat. Locor. Theol. Tom. II. Alii negant. Vid. Calvinus Tom. I. System. p. 244. Adam Rechenberg. Appendic. p. 40. Is. Job. Ludolphi Comm. Hist. Æthiop. Libr. 3. c. 5. f. 353. Traditionem Symboli, quod Apostolicum vulgò vocant Apostolis tribuere, ἀπιστοπνοία est, ait B. D. Ægidius Strauchius in Coroll. Disp. de Epocha Mundi Conditi. conf. alios ap. Dn. D. Sam. Bened. Carpzov. Exam. No v. Praxeos p. 166. Porro Rufinus in Symbol. Tom. IV. Oper. Hic

T t t

Hieron. f. 204. ritum memorabilem recitantium Symbol. Apostol. prodit his verbis. *Singulare & precipuum* Ecclesie nostrae (Aqvileiensis) *mysterium pando: Etenim cum omnes Ecclesie ita sacramentum Symboli tradant: ut postquam dixerint, peccatorum remissionem: addant carnis resurrectionem. Sancta Aqvileiensis Ecclesia DEI spiritu futuras adversum nos calumnias praevidente, ubi tradit carnis resurrectionem, addit Junius pronomini syllabam, & pro eo, quod ceteri dicunt, carnis resurrectionem, nos dicimus, hujus carnis resurrectionem: quo scilicet frontem, ut mos est, in fine Symboli signaculo contingentes, & ore carnis hujus videl. quam contingimus, resurrectionem fatentes; omnem venenata adversum nos lingua calumniandi aditum praestruamus. Hæc ille.*

*Smorkam / freq. Polon. Smarkam / mungo, mucum ex naribus extraho, ich schneuse.*

*Compos. Wusmorkam / it. Wysmorkam / emungo nasum, ich schneuse die Nase aus. Ab Ebr. מרק marak, polivit, expolivit, terfit, absterfit. Hinc & Mar-*

*cus, nom. propr. h. e. expolitor, vel politus, emunctæ naris homo.*

*Wusmorkani / to / neutr. Subst. emunctio, purgatio narium, exceptio pituitæ, das Sneuzen / die Schneuzung / Ausschneuzung.*

*Wusmorkany / a / e / adj. emunctus, Ausgeschneuzet.*

*Staram / freq. Sorab. Polon. Starati / Bohem. curo, prospicio, 'guberno, item molestiam suscipio, curâ angor, tristor, anxius sum, ich sorge / trage Sorge / item bekümmere mich. Ex Arab. وش delineavit, descripsit, curavit, rexit, gubernavit: item molestus fuit. Hinc وش schoter, Ebr. gubernator, moderator, præfectus, & curator publicorum negotiorum. Syr. שר, idem. وش Arab. minister, ac satelles prætorianus: conf. Wilhelm. Schickardus de Jure Reg. c. 4. th. 14. p. 241. fs. Et Dn. D. Carponius in not. ibid. ubi plura de Schoterim Ebræorum. Fortè hinc N. inserto, Lat. ministro, & minister.*

*Chald. وش schetar, gubernatio; Et Ebr. משך mischtar, gubernatio, dominatus. Scilicet curarum hic plena sunt omnia: & curia dat curas: nec sine curis vel ministro est, vel dominus aut gubernator. Bene Horatius Libr. 2. Od. 16.*

Non

Non enim gaze, neq; consularis  
summovet licetor miseros tumultus  
mentis, & curas laqueata circum  
tecta volantes.

Et Libr. 3. Od. 1. --- Timor & mina  
scandunt eodem, quo Dominus: neq;  
decedit arata triremi, &  
post equitem sedet atra cura.

Starani / to / neutr. Subst.  
cura, curatura, sollicitudo, cura-  
tio, das Sorgen / die Sorgung

Starosc / ta / fem. Subst.  
Bohem. Starost / cura, anxie-  
tas, anxietudo, angor, ægritudo,  
Sorge / Kummer / Bekümmernis /  
Angst / Grämen.

Compos. Nestaram / freq.  
non curo, non laboro, anxius,  
sollicitus non sum, ich Sorge / be-  
kümmeren mich nicht.

Postaram / ich trage etlis  
cher Massen Sorge.

Wobstaram / freq. prospici-  
cio, provideo, curam alicujus  
habeo, ich versorge.

Wobstarany / a / e / adj.  
provifus, versorgt.

Wustaram / ich mache der  
Sorgen ein Ende.

Zastaram / freq. prospicio,  
de victu & amictu prospicio ali-  
cui, curo alicui, ich versorge /  
helfe zur Nahrung.

Zastarany / a / e / adj.  
versorgt.

Nestaram / freq. non  
prospicio, non provideo, ich ver-  
sorge nicht.

Starany / a / e / adj. Sorab.  
Polon. Bohem. senex, vetus, ve-  
tustus, antiquus, alt / betagt /  
veraltet. Est à Starani / curo,  
prospicio, ægrè me habeo.

Ejus quidem etymi Sorabis  
rationes præstò sunt plurimæ: (1.)  
Cura facit canos, quamvis homo non  
habet annos, Sic Ovidius Libr. 1.  
de Ponto Eleg. 5.

Jam mihi deterior canis? aspergi-  
tur etas,

Jamq; meos vultus ruga seni-  
lis arat.

Jam vigor & quasso langvent in  
corpore vires,

Nec juveni lusus, qui placere,  
juvant.

Nec me si subito videas, cognosce-  
re possis,

Ætatis facta est tanta ruina  
mee.

Confiteor facere hos annos, sed &  
altera causa est,

Anxietas animi, continuusq;  
labor.

Idem 1. cit.

Me quoq; debilitat series immensa  
laborum:

Ante meum tempus cogor & es-  
se senex.

(2.) Senex --- ἀμα πρόσω, καὶ  
ὀπίσω

λέυσει, ὅπως ὄχ' ἀριστὸν μετ'  
ἀμφοτέροισι γένηται,

i. e. simul ante & post prospicit, ut  
optimè

inter utrosq; transgatur. Homer,  
Iliad. γ. v. 109. f. 52.

Deniq; (3.) Plerumq; senibus ipsa  
sua salus, aegritudo (vel cura) est  
inquit Gregorius M. Hom. in Luc.  
c. XXI.

χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστὶν ἀνθρώποις  
βάρος

grave senectus est hominibus pondus,  
conf. Hieron. Proem. in Libr. II.  
Comment. Amos Tom. VI. Oper.  
f. 101. seq.

Ὀχληρὸς ἀνὴρ ἐστὶν ἐν νέοις γέρον,

i. e. molestus vir est inter juvenes  
senex.

§ Senum miseria. Apud Ger-  
manos olim Senes necabantur, &  
cremabantur, vid. Cluver. Libr. 1.  
de Germ. Antiq. p. 361. fs. conf. su-  
pra Part. II. Libr. 2 c. 2. p. 498.  
n. XV. & p. 500. fs. Prussi Vet.  
servos claudos, cæcos, morbo  
vel senio confectos soliti sunt ex  
arboribus suspendere, ne gratis  
ipsis de victu & amictu prospicere  
cogerentur. Chr. Hartknoch. Dis-  
sert. XIII. de Reb. Prussic. p. 188.

§ Senum honor. Senex bonum  
signum in domo; .. Zach. 8. 4. Job.

Gerson Talm. Jüden Sch. p. 339.  
seq. Si videris senes in civitate

consumi, & interire, presagium est,  
malum eventurum civitati. Ebraei

ap. Buxtorff. Floril. p. 320. Mun-  
dus non conservatur, nisi propter se-  
nes, Ibid. Jctus quidam dixit:

Melior est umbra senis quam gladius  
juvenis. Libr. 5. D. de jur. immun.

Semper in civitate nostra senectus ve-  
nerabilis fuit: namq; majores no-

stri penè eundem honorem senibus  
quem magistratui tribuebant. Hier-

ron. Com. in c. 47. Esa. Tom. V.  
Oper. f. 174. Senum atq; etiam

inter hostes venerabilis fuit. Conf.  
Euseb. Hist. Eccles. Libr. 6. 31. Tom.

II. f. 781. Senes sanguine juvenis  
rejuvenescere posse, docuit Mar-

tilius Ficinus Libr. de Vita longa c.  
XI. p. 29. quem confutat D. Bar-

tholinus Libr. de Sangu. vetit. p. 22.  
fs. Septem necessaria senum, Vid.

ap. Nider. de Visionib. Libr. 4. c.  
7. p. 460. fs. Tres sunt nunciæ

mortis, casus, infirmitas, & sene-  
ctus. Idem l. c. p. 462.

Starschi / s / e / adj. Po-  
lon. Starszy / comparativus à

Stary / (1) Nati grandior, seni-  
nior, major natu, älter. (2) Pa-

rens, vel parentes, in plur. El-  
tern; quomodo Germ. ab Ull-

Compar. älter / & Eltern. Syr.  
ܐܘܪܗܡ hoc est, aluit, huc quoq; fa-

ciet;

ciet; placebitq; fortasse iis, quibus Germ. Eltern / id est, parentes dicti videntur quasi altores, qui alunt. (3) Starschi / senior, ein Eltster / nomen non ætatis, sed officii ac honoris.

Starck / ton / *masc. Subst.*  
Polon. Starek / avus, proavus, &c. der Großvater.

Starcka / ta / *fœm. Subst.*  
Sorab. Polon. avia, die Großmutter.

Starosc / ta / *fœm. Subst.*  
Sorab. Polon. Starost / Bohem. senectus, item ætas, tempus ætatis, ein Alter / das Alter. Wilka Starosc / senecta, ætas effata, provectior, grandior, das hohe Alter. Vid. alia supra p. 1019.

Starostka / ton / *masc. Subst.*  
Polon. præfectus Regius, præses urbi, capitaneus.

Starostwo / to / *neutr. Subst.*  
Polon. præfectura, satrapia, Capitaneatus.

Staruu / & Starim / item Staram / *freq.*  
Polon. Starzeie / Bohem. Starati / senesco, consenesco, veterasco, ich veralte / werde alt.

Compos. Nestariu / & Nestarim / item Nestaram / *freq.*  
non senesco, werde nicht alt.

Zestariu / & Zestarim / it. Zestaram / *freq.*  
consenesco, in-

gravesco ætate, contraho senium, senio conficior, ich mache mich gar alt.

Tolcju / & Tolczim / *freq.*  
lege Toltchu / & Toltchum: (aliis Towcju / & Towczim / ) & Tolku / tundo, percutio, ich stosse / stampfe. Ab Syr. תלח contudit; unde נלח contusus colaphis. Nec longè abit Arab הלח i. e. stravit humi, prostravit. Vel si mavis Latin. erit tolczu / aut towcju / à *tudito*, quod est à *tundo*, *tutudi*, *tusum*, inserto L. vel W. quomodo Germ. tufeln / à *tufione*. Aut à Græco τλάω, fut. τλάσω, *tundo*, *elido*, frango, erit tolczu; Gloss. Phil. *tundit*, τλά. E-lige cui dicas, &c.

Tolczeni / vel Towczeni / to / *neutr. Subst.*  
tufio, das Stossen.

Tolczeny / a / e / (vel Towczeny / ) *adj.*  
contusus, gestossen.

Compos. Dotolcju / & Dotolczim / *freq.*  
contundo, ich zustosse vollends gar.

Dotolczeny / a / e / *adject.*  
pertusus, das vollends gar zustossen ist.

Nietolcju / & Nietolczim / *freq.*  
vel Nietowcju / & Nietowczim / non tundo, ich stosse nicht.

Potolcju / & Potolczim / *freq.*  
pertundo, ich stosse in etwas.

**Pschitolczju / & Pschitolczjim /** freq. vel **Pschitowczju / & Pschitowczjim /** pertundo una, vel simul, ich stosse dazu.

**Koztolczju / & Koztolczjim /** freq. vel **Koztowczju / & Koztowczjim /** contero, comminuo, ich zerstosse.

**Koztolczjeny / a / e /** vel **Koztowczjeny /** adj. contusus, pertusus, comminutus, zerstossen.

**Tatolczju /** ich stosse hinein.  
**Tatolczjeny / a / e /** adj. hinein gestossen.

**Totk / ton /** masc. Subst. libtinarius, fossarius, νεκροθάπτης, ein Todtengräber. Sit per antistichon & paragogen à תתת Syr. i. e. sepeliri in Ethpeh. Ebr. impulit, expulit. Ceterum poterit etiam **Totk** duci è simplici Germ. todt; aut compositò Todtengräber / ubi principio vocis contentos fuisse autumo Sorabos. Primus apud Veteres, in clericis fossariorum ordo fuit, vid. Pseudo-Hieron. Libr. de Septem Ordinib. Eccles. Tom. IV. Oper. f. 81. B. D. Qvensted. Antiqv. c. 2. n. 8. p. 121. Arndius Lexic. Antiqv. Eccles. tit. Clerus p. 212.

**Totkowp / a / e /** adj. fossarius, todtgraberisch.

**Turjauka / ta /** fem. Subst. turtur, eine Turteltaube. Vox diminutiva est, unde augmentum

accessit: pro **Turjauka /** ab Ebr. תור thor, elisò R. hoc est, turtur. Sam. Bochart Hieroz. Part. II L. 1. c. 9. f. 55. ὀνομαζομένην Ebr. תור thor, esse autumat: ast rectè, meà opinione fuerit à rad. תור circumvit, Arab. exploravit, Ebr. & Samar. Turtur enim avis migratoria est. Cicero de Finib. Libr. 2. Turtures cursu & peregrinatione letantur. Gregor. Nyssenus in Cant. Hom. 5. Hyeme fugit luscinia, torpet hirundo, ἀποξενῶται τῆς καλίας ἢ τετυγών, i. e. à nido peregrinatur turtur. Athen. Dipnos. Libr. 9. c. 16. f. 160. Turtur per aestatem conspicitur, hyeme verò latet. Plura de Turture, Bochart. loc. cit. M. Herm. Henr. Grey Bibl. Vogelb. c. 2. p. 76. fs. Casp. Dornav. Amphith. Sap. Tom. I. f. 379. fs. Franzius Hist. Animal. Part. II. c. 15. p. 461.

**Wadju / & Wadjim /** freq. Polon. wadze / Bohem. waditi / litigo, contendo, discepto, exerceo discordias, rixor, altercor: ut adversor, adversus & contrarius sum, repugno, labeculam adspingo, ich zanke / streite / verzweye mich: item bin zuwieder / hindere / setze an einem einen Fehler / Mängel / oder Gebrechen aus / mir fehlet etwas. Ab Arab. واد adversarius fuit. Æthiop. واد quisquiliæ, namq; ut verè ait Horatius I. Epist. 18. 15. Alter

*Alter rixatur de lanâ sapè caprinâ:  
propugnat nugis armatus.*

scilicet rixosum ac contentiosum hominem, de re nihili certaturum, nugis veluti armatum, in campum deducit Poëta, Levinô Torrentio interprete Comm. in h. l. p. 704. Exemplum commemorant *Annales Budiss.* Tom. II. f. 1998. Anno 1609. den 21. Julii, ward Jacob Henssch für Christoph Heingen Hauptthur beym Kloster / von George Siebigen / von Camenz / mit einem Rapier (Degen) erstochen / als sie zuvor eines Rücheins / oder Sträußleins halber mit einander uneins worden.

*Wada / ta / fœm. Subst.* Sorab. Polon. Bohem. lis, litigium, rixa, jurgium, controversia; item vitium, labes, menda; ein Streit / Zank / Wiedriges / item Mangel / Gebrechen / Fehler.

*Wadni / ton / masc. Subst.* adversarius, vitilitigator, ein Wiederpart / Widersacher.

Compos. *Newadju / & Newadjim / freq.* non contendo, contrarius non sum, non controversor, ich streite nicht / bin nicht zu wieder / hindere nicht / habe an einem Keinen Fehler / oder nichts auszusetzen. *To me newadji / hoc contra me non est,* das ist mir nicht zu wieder / mich hindert / mir schadet es nicht.

*Zwadju / & Zwadjim / freq.* Bohem. swaditi / discordiam excito, lites moveo, ich falle / gerathe / komme mit einem in einen Streit oder Zank / verzweye mich. *So wo niczim zwadycz / rixari de lana caprina, de re nullius pretii, de umbra asini contendere,* sich zanken umb ein nichtig Ding / umb die Narren Kappe.

*Zwada / ta / fœm. Substant.* Sorab. Polon. Swada / Bohem. rixa, jurgium, discordia, altercatio, lis, disceptatio, contentio, concertatio, litigium, litigatio, Zank / Streit / Hader / Zwitracht / Zwispalt / streitiger Handel.

*Zwadnik / ton / masc. Subst.* litigator, ein Zänker / Haderkaze / der gern oder leichtlich was aussetzet.

*Zwadnica / ta / fœm. Subst.* litigatrix, eine Zänkerin. In *Budissina metropoli Lusatia moris est, ut feminae litigantes pugnacesq; lagenas lapideas gestent.* De his ita *Annal. Budiss. MSS.* Tom. II. f. 2409. Anno 1672. Wurden die Flaschen die an der Ecken der Wage hangen / renoviret / und die Umschrift darauf gestellet:

Mägd' und Weiber / die sich  
schlagen /  
Müssen diese Flaschen tragen.

*Zwa*

**Zwadiwy** / a / e / adj. Sorab. Polon. litigiosus, concitus, pronus ad rixam, pugna, rixosus, zänkisch.

**Niezwadju** / & **Niezwadzim** / freq. non altercor, lites & contentiones non excito, ich streite / friege / verzweye mich nicht.

**Werba** / ta / fœm. Substant. Bohem. wrba / Polon. wierzba / salix, eine Weide. Assonat præposito **W**. per prosthesin, Ebr. **עריב** Arabim, Psalm. 137. 2. Jes. c. 15. 7. & c. 44. 4. Constr. **עריב** Levit. 23. 40. & Job. 40. 7. id est, Salices. Rad. **עריב** Arab. i. e. abiit, recessit. Igitur Salices Arabim, dictæ, quod alacriter & celeriter eant in crescendo, rectè dixit Job. Henr. Ursinus Arboret. Bibl. c. 12. p. 192. Confirmat radicem nostram vocab. **עריב** jucunda linguarum aliarum harmonia: Ita enim Græcis quoq; salix *ιρέα*, παροξισμός *ιρέα* ab eundo, quia celeriter crescit, & cum alacri quasi impetu, German. Weide facit cum Græcò *ιρέα*. Et salicem M. Verrius Flaccus dictam dicit, quia ea celeritate crescat, ut salire videatur. Illud ridet Festus p. 114. 202. & 420. ridendus autem ipse fortassis. Isidorus Orig. Libr. 17. c. 7. p. 1248. Salix dicta quod celeriter saliat, hoc est, velocius crescat, arbor lenta viribus habilis

vinciendis. Cujus seminis hanc dicunt esse naturam, ut si quis illud in poculo hauserit, liberis careat: sed & feminas infœcundas efficit. Conf. Autor Comment. in Psalm. 136. ap. Hieron. Tom. VIII. Oper. t. 94. F. Ambrosius Hexaëm. Libr. 3. c. 13. Tom. I. Oper. f. 70. Salix lenta viribus habilis Vinciendis, quid aliud mysticè declarat, nisi bona esse Christi vincula, quæ nocere non solent, vincula gratiæ, vincula charitatis? Plura de salice, vid. Job. Henr. Ursin. loc. cit. p. 191. fs. & M. Mart. Mylius Hort. Phil. p. 251. fs.

**Werbina** / ta / fœm. Subst. Bohem. wrbina / Polon. wierzbi-  
na / salicetum, salictum, Weidengestäude.

**Werbowy** / a / e / adj. Bohem. wrbowy / Polon. wierzbowy / salignus, saligneus, salictarius, weiden / weidicht.

**Werscha** / vel **Wierscha** / ta / fœm. Subst. Polon. wiersza / Bohem. wrše / nassa, sirpicula, scirpea, situla, eine Neuse / ein Neuß. Conveniunt Germ. Neuse / & Sorab. Werscha; nisi quod hoc auctum sit litera **W** πego *δελουνη*: illud autem purum & simplex sit. Ceterum Neuse dictum videri posset à materia, hoc est, virgultis, Neiß enim virgultum aut vimen sonat; & Neuse sporta viminea est, dicta



dicta aliàs Fischreuse / Fang, oder  
 Legereuse / ita Dn. Spate in Lex.  
 Germ. p. 1593. Sic & *Martinius*  
 Lex. Etymol. Lat. Voc. *nassa*, f.  
 2143. Germ. *Neusche* / (*Neuse* / )  
 Belg. *ruyße* / à *Risch* / *juncus*: ex  
*juncis fieri quoq; solet; cui nomen à*  
*ῥύσσει, ad fluentia & locis humidis*  
*nascitur. Hæc Ille. Proinde voc.*  
*Werscha* / ducenda quoq; esset  
 vel à *Reiß* / virgulto; aut à *Risch* /  
*juncis*; vel deniq; à Græcō *ῥύσσει*.  
 Sic enim harmonia vocum svade-  
 ret, quæ est inter *Werscha* Sorab.  
 & *Neuse* Germ. Verum enimve-  
 rò cum de etyma *Neuse* / fortas-  
 sis alii Grammatici certent, num  
 è Græc. *ῥύσσει* sit; vellem credi,  
 quod utraq; vox ex Asia ad  
 nos allata fuerit: Nimirum Sa-  
 mar. *רשע* *stula*, *hamus*, *rete*.  
 Hinc fluit purè *Neuse*: & *Wer-*  
*scha* deniq; *νάσα πῆσσισσιον*: *nassa*  
*instrumentum quoddam ex viminibus*  
*tanquam rete contextum ad capien-*  
*dos pisces, Vet. Voc. Isidorus Orig.*  
*Libr. 19. c. 5. p. 1288. Nassa ex*  
*viminibus tanquam rete contextum*  
 Rad. *רשע* Ebr. *movere*, *moveri*,  
 item *contremiscere*, Samar. *רשע* *נאס*  
*ἀνλίσσιον*, *formidavit*; *nassa* ge-  
 nus vasis piscatorii *formidabile*:  
 namq; piscis reti *conclusus*, nec  
 evadere illud, nec avertere, vel  
 perumpere ullo modo potest, sed

PARS II,

extractus subito *cultrum* experitur  
 coqui. Hinc Salomon *rete* *רשע*  
*malum* (*רשע*) vocat, *Eccles. 9. 12.*  
*scil. non moraliter, sed physicè: quia*  
*piscibus exitiosum & infaustum,*  
*vid. B. D. Gejer. Com. ibid p. 344.*  
 & proinde fugiendum & tormi-  
 dandum est.

§ *Robertus Knox* Ceylan. *Rele*  
*seb. Libr. 1. c. 7. p. 57. Alle klei-*  
*ne Bäche / und Flüsse in Ceylan,*  
*so durch die Thäler lauffen / sind*  
*voll kleiner Fische; Ja alle ihre*  
*Wasser Halter sind davon voll /*  
*und wann denn diese bey durren*  
*Wetter austroffen / fängt sie das*  
*Volk in grosser Anzahl auf folgen-*  
*de Art. Sie haben eine Art von*  
*einem Korbe (Neuse) aus schma-*  
*len Stäben gemacht / so enge / daß*  
*ein Fisch nicht durchkriechen kan*  
*Dieser ist unten weit / und oben en-*  
*ge / wie ein Trichter / mit einem*  
*Loch / das so weit ist / daß ein Mann*  
*seinen Arm hinein stecken kan; An*  
*der grössern Oeffnung aber ist er*  
*bey zwey oder drey Fuß weit. Dies-*  
*se Körbe (Neuse) stossen sie hin-*  
*unter / so daß die Enden in dem*  
*Schlamm stecken / womit denn*  
*ofters ein Fisch ertappet wird:*  
*wann dieß geschieht / und sie dessen*  
*dabey inne werden / daß der Fisch*  
*sich an die Seiten anschlägt / so*  
*stecken sie die Hand hinein / und*  
 U u u neh

nehmen ihn heraus. Alsdann ziehen sie ihm einen Mattan durch die Kienbalken; und schleppen sie also an einer Reihe hinter sich her: das eine Ende des Mattans stecket der Fischer an den Gürtel / und an dem andern ist ein Knoten / daß der Fisch nicht abschlüpfen kan: Wan dieser dann voll ist / entladet man sich jedesmahl von denen Fischen / und trägt sie ans Ufer.

**Werst** / vel **Wörst** / vocab. *Russicum*, id est, milliare, eine Meile. *Job. Tröster* / Poln. *Alder Nest* Libr. I. c. 3. p. 65. Die *Moscowiten* heissen ihre Meilen **Wörst**. *Slavi* **W** addunt per prothesin. *Germani* veteres sine additamento *Rastam* (**Rast**) dixerunt. *D. Hieronymus* Comm in *Joel* c. 3. Tom. VI. Oper. f. 84. *In Nilô flumine, sive in rivis ejus (Aegyptii) solent naves funes trahere, certa habentes spatia, quae appellant funiculos; ut labori defessorum, recentia trahentium colla succedant. Nec mirum si unaquaeque gens certa vicinarum spatia suis appellet nominibus: Cum & Latini mille passus vocent: & Galli leucas, & Persae parasangas, & rastas universa Germania, atque in singulis nominibus diversa mensura sit. Vossius de Vitiis Serm. Libr. 2. c. 16. p. 272. Rasta, quod Graecis ὑπόστασις Latine mansio, proprie itineris tan-*

*rum, quantum absolvitur, priusquam quiescas: à Germanico rasten / pro quo alii rusten: h. e. quiescere. Unde & Raste / pro penso: & Belgis etiam Raste / (Rast) / pro Diuste / quies, remissio, otium. Ego salva tanti Viri autoritate, rectius à Rasta, ducenda vocabula Rast / & Rasten / quies, quiescere malim, non contra. Est enim Rasta vox communis plurimis gentibus: Sic & Talm. spatium terrae, quod continet septimam & dimidiam partem miliaris: Et & Chald. stadium. Rad. & Arab. incessit jactato corpore. Hinc ergo Rasta & Wörst. Denique Rast / (à Rasta) quies, proprie quae capitur emenso itinere, aut itineris spatium: Rasten proprie quiescere parte itineris emensa.*

**Wienc** / **ton** / masc. Subst. Polon. **Wieniec** / Bohem. **Wenec** / fertum, corona, ein Kranz. Ex Ebr. **נָשַׁב** nectō, annectō, connectō, speciatim coronam, einen Kranz winden / oder binden. Sic adhibetur *Job. 31. 36. וְלִמְעַלְמֵי עֵינַי אֶלְלִיגְרֵם עִימִי* (sicut) coronas mihi. Conf. *Prov. 6. 21. Ubi נָשַׁב & נָשַׁב* veluti verba idem significantia conjunguntur, Germ. winden / ex eodem **נָשַׁב** annexit, alligavit. De coronis vid. *Carolus Paschalius*, cujus extant de Coronis Libri X. edit. Paris. an. 1610. nec non *Joachimi Johannis*

*hannii Maderi de Coronis libellus: edit. Helmstad. an. 1688. Tres sunt coronæ, Legis, Sacerdotii, & Regni, verum corona bonæ fame illustrior longè & præstantior est his omnibus. R. Simeon in Senter. Patr. c. 1. Si quis omnia præcepta (Decalogi) observare posset, totius orbis corona feret. Vox enim כתר corona, 620. facit, tot autem voces sunt in Decalogo, ita Ebraei ap. Buxtorff. Synag. Jud. c. 1. p. 31. Ibid. p. 32. ex eorundem sententiâ. Qui præcepta omnia custodiunt, illi Creatoris capiti coronam imponunt, & DEUS vicissim septem coronis coronat illos, heredesq; constituit septem Conclavium in horto Eden, & è contrario à septem Gehenna conclavibus liberat: eò quod septem celos, & septem terras conservarint.*

*§ Queritur, cur Sponsus animarum Christus dicatur coronatus in die nuptiarum Cant. 3. 11? R. Quia Sponsus & Sponsa Ebraeorum tempore benedictionis sacerdotalis, quando stabant sub velamine, sub quo copulabantur, coronati erant, Unde Kimchius in Libr. Radic. in כתר explicans hunc locum, scribit: Per tempus nuptiarum intelligi illud tempus: quo copulatur Sponsus sub velamine, tum enim vocari Sponsum. Similis ritus coronandi novos nuptos tempore solennis benedictionis, etiam obtinuit in primitiva Ec-*

*clesia: recenset enim Corysostomus Homil. 9. in 1. Tim. Propterea coronas imponit in benedictione Sacerdotum capitibus Sponsi & Sponsæ, ut victoriæ signa sint, quod à libidine non victi, cubiculum ingrediantur, quia à voluptate superati non sint. Formula autem, qua utebatur sacerdos, ut legitur in Euchologio, hæc erat: Coronetur servus DEI cum serva DEI, in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti; deinde ter acclamabatur, Domine DEUS noster, gloria & honore corona eos. Ebraeorum autem coronæ vel erant aureæ, vel argenteæ; & quidem Sponsa regia gestabat in aurea corona urbem Hierusalem sculptam: Hujusmodi coronæ solebant sulphure & sale poliri, ut elegantius splenderent, quamvis alibi coronas ex sale tosto formatas, & sulphure pictas in usu fuisse asserant. Præterea gestabantur coronæ roseæ, myrtæ, & junceæ, pro conditione personarum matrimonium contrahentium: hæc tamen distinctione, ut coronæ roseæ; myrtæ, & junceæ, à solis femellis gestabantur, non à masculis, ut legitur in Lexico Aruch in Rad. כתר. Sic Critobulus in confessione fidei c. 1. scribit: manibus inter se dextris junctis coronas plantis perpetuò ferentibus capitibus illorum imponant. Itaq; cum die nuptiali coronarentur Sponsi, U u u 2 rectè*

rectè *corona* Sponso animarum Christo, tribuitur *in die nuptiarum*: unde & gloria & honore coronatus dicitur, *Psalms*. 8. 6. quia coronæ Sponsorum omnibus reliquis ornamentis præferabantur. Hæc *Dn. Theod. Dassovius* Tract. MS. de *typis Christi*, num. VI. videtis plura in *Brona*.

*Wohen* / ton / masc. Subst. Polon. *Ogien* / ignis, Feuer. Ut ab *W* ubi, Germ. wo; sic ab *W* *wohen* / inserto in medium *h* (pro quo Poloni *G*. ponunt,) per *epenthesis*, & *euphonia* causa. *W* Arab. *sumum* excitavit: qualis ab igne. Putarim ab eodem *W* factum vocab. Lat. *ignis*, ubi *G*. *epentheticum* sit quoq;. Alii aliter *Martinius* Lex. Etymol. f. 1213. Polon. *Ogien* / & ignis ab eadem origine videntur esse, an ab *αὐγμήν*, i. e. *Splendidum*? est janè aliquid, unde hodierni *Græci* ignem vocant *λαμπρόν*, Hæc ille.

*Wohenowy* / a / e / adject. igneus, feurig.

*Woinischejo* / al. *Wohe- nischejo* / to / neutr. Subst. focus, ein Heerd / Feuerheerd. Hic optimè *h* deest, ut Radix *W* simplicius appareat. Polon. *Ognisko* / focus.

*Wuhen* / ton / masc. Subst. eine Feuer Mauer / der Ort / wo des Feuers Rauch ausgehet.

*Wolscha*; ta / fem. Subst. Bohem. *wolše* / Polon. *Olša* / alnus, eine Erle. A Chald. *אילן*, vel *אילן*, alnus, aut arbor, Synecdoch. *W*. *πρὸς ἑλκύνδον* esse existimo: *wolschina* / Polon. *Olšyna* / alnetum, ein Erle gepüschel / accuratè terminationem quoq; *אילן* sistit. Hinc etiam constat, caudam *scha* / in *wolscha* / formativam saltem esse, quæ radicalibus non sit assuenda. *Avenarius*: *אילן* *allon* est alnus, quæ in aquis non facile corrumpitur. Contra *Arias Montanus* in *Nat. Hist.* ex affinitate nominum conjicit, *אילן* *elab*, esse alnum, vel ulmum, vel ilicem. Quicquid sit, sive *אילן* sit arbor in genere: & *אילן* *alnus*, it. *אילן* *alnus*, vel *quercus*, de vocum enim significatione non conveniunt; synecdoches tropus modo attendatur, & habebis inde alnum arborem, de qua nobis sermo. De alno plura *Joh. Henr. Ursinus* *Arboret* *Bibl.* c. 13. p. 203. fs. & *Mart. Mylius*, *Hort.* *Philos.* p. 242. fs.

*Wolschowy* / a / e / adject. alneus, Erlinnen.

Sunt in Lusatia pagi *Wolschow* / Germ. *Holsche*; *Wolschnica* / *Delfe*; idem nom. propr. famil. *Delfe* / *Elšner* / &c. quibus à *wolscha* / vel *olša* / Polon. id est, alno, nomen factum, sed de his alibi, *Wo-*

**Wopafi** / wopafō / *adv.* retrò, retrorsum, retroversum, supinè, more inverso, perversè, rücklings / ärzlich / zurück / hinterrück / hinter sich / verkehrt. **Wopafi** / compos. cede retrò, retroversum, zurück. Ducam ab Ebr. פתח convertit, invertit, pervertit. item convertere se, verti. Hinc הפתח perversitas; *Prov.* 2. 12. *Ut eruat te à via mala, à viro loquente הפתח perversitates.* Ubi B. D. Gejerus *Comm.* h. l. p. 98. Vox Ebræa, quæ descendit à Rad. פתח hapach, pervertit, notat propriè *versutiam* (uti Cajetanus hic reddit,) *inconstantiam, perversitatem omnia subvertentem, &c.* quomodo *Israelite* dicuntur *generatio perversitatum, filii,* in quibus nulla fides, *Deut.* 32. 20. (Ubi hæc vox adhibetur, & præterea nullibi, nisi in *Proverbiis*;) vel quales perversitates proferre solent ebrii, *Prov.* 23. 33. litigiosi, c. 16. 28. 30. imprimis verò perversitates hæc describuntur, c. 6. 13. 14. quando quis annuit oculis, loquitur pedibus, docet digitis, ac perversitates sunt in ejus corde, machinatur malum, &c. Hæc ille.

**Wopeno** / sic vulgò exprimentur vocem: urbanus & accuratius dicitur **Lopeno** / to / *neutr.* *Subst.* folium, germen rami, vel

arboris, das Laub / ein Blat. An à Chald. נעץ germen, flos folium, *Dan.* 4. 12. (al. 9.) עפיה עפיה folia ejus pulcerrima. Ibi B. D. Gejerus in *Comm.* h. l. p. 326. Nomen נעץ (quod non nisi in hoc capite v. 11. & 18. redit) in genere est herba, vel germen, in specie flos, aut folium, v. g. in paraphrase Syro *1. Petr.* 1. 24. Ebr. 12. 15. *Psalms.* 90. 6. adeò ut cognatio quædam sit cum Ebræo עץ ramus, vel, quomodo, *Psalms.* 104. 12. de avibus scribitur, quod inter ענפים frondes, vel ramos cantillent. Hic tamen merito accipimus pro folio, vel fronde, ut sentit etiam post *Vulgatum*, *Jacchides*, *Ludov. de Dieu*, atq; alii quippe mox *ramorum* aliâ sua voce עץ fit mentio membro proximò: & v. 11. Interea per *ramum* exponunt R. *Nathan* in *Concord.* R. *Salomon*, *Aben Esra*, *Junius*, *Piscator*, *Genevensis*, *Pagninus*, &c. Et quidem nomen in *sing.* positum *collectivè* totam frondium undiq; exornantium copiam (das Laub /) designat. Hæc ille. Aliter **Lopeno** / Laub / item folium, & Φύλλον, (per metathesin) conveniunt; Ex Samar. עץ id est, semen, germen. Rad. עץ floruit, involvit, Samar. Chaldæis נעץ avlissorov, עץ in ע mutato, עץ לבלב germenæ sunt; & עץ לבלב rad, germinavit. **Uuu3** **Me**



bilior videtur sententia, quam & nos amplectimur. *Currus* enim si-  
ve *plaustrum*, quod *וַי* propriè va-  
let, medium est, quo convenimus,  
& congregamus: & *Arcturus* *וַי*,  
fidus septem stellarum congregata-  
rum, quæ nunquam separantur,  
juxta *Aben Efram*: verius quæ in  
modum plaustrum, circum aguntur,  
ita *Forsterus* loc. cit.

*Wozecz* / ton / masc. Subst.  
Polon. *wozeł* / Boh. *woz* / curri-  
culum, vehiculum, ein Wäglein.

Notes hinc partes currus,  
*Sveno* / die Felge; *Stpica* /  
Speichen: *Piska* / Nabe: *Kiad* /  
Ure: *Wojo* / Deichsel: *Snica* /  
die Arme / Hinter- und Förder Ar-  
me. *Kolo* / Rad: *Sdor* / Lang-  
bel / Langbaum. *Klojnica* / Run-  
gen: *Woplon* / der Rungenstoß.  
*Lon* / Linde / Linden Nagel. *Wa-*  
*hi* / Wage; *Schemel* / Dreh-  
schemmel: *Worczi* / Ortscht; *Je-*  
*la* / vulgò *Jewa* / Wag Nagel:  
*Kacika* / Deichsel-Blech / Deich-  
sel-Eisen. *Lischen* / Last-Stab:  
*Sdorm* / Schloßnagel.

*Wozu* / & *Wozem* / freq.  
(aut ab *וַי* Ebr. immediate, aut  
à *woz* / curru, uti Græcis ab *ὄχος*,  
est *ὄχεω*, veho, ich fahre / führe  
aufm Wagen / mit dem Wagen.

*Wezu* / & *Wezem* / freq.  
infin. *Wezd* / Bohem. *Wezti* /  
idem,

*Wozeni* / ton / neutr. Subst.  
Polon. *wozenie* / vectio, vectura,  
vehiculatio, das Fahren.

*Woznik* / ton / masc. Subst.  
vector, auriga, Fuhrknecht.

*Wozny* / (aut *Wuzny*)  
a / e / adject. Sorab. Polon. jugalis,  
curulis, vectarius, zum Wagen  
gehörig. *Wozny Kon* / vectari-  
us equus, Wagenpferd.

Compos. *Dowezu* / & *Do-*  
*wezem* / freq. *deveho*, ich führe  
ab / oder bis hin.

*Newezu* / & *Newezem* /  
freq. *non veho*, ich führe nicht.

*Nimowezu* / & *Nimowe-*  
*zem* / freq. *præterveho*, ich fahre /  
oder führe fürüber.

*Nucwozu* / & *Nucwo-*  
*zem* / freq. *inveho*; ich führe ein.

*Nucwezu* / & *Nucwezem* /  
freq. idem.

*Powezu* / & *Powezem* /  
freq. *perveho*, ich fahre / oder füh-  
re hin.

*Preczwozu* / & *Preczwo-*  
*zem* / freq. item *Preczwezu* / &  
*Preczwezem* / freq. *aveho*, ich füh-  
re ab / weg.

*Pschewezu* / & *Pschewe-*  
*zem* / freq. *transveho*, *superveho*,  
ich führe hinüber.

*Pschwozu* / & *Pschwo-*  
*zem* / freq. *adveho*, *subveho*, ich  
führe zu.

*Psch*

**Pſchiwezu / & Pſchiwe-**  
**zem / freq. idem.**

**Pſchiwozniſ / vel Pſchi-**  
**wuzniſ / ton / maſc. Subſt. ein**  
**Wagenhalter / Wagenjunge.**

**Koſnowoſu / & Koſno-**  
**wozem / freq. ich führe von einader.**

**Saſeweſu / & Saſewe-**  
**zem / freq. reveho, ich führe zurück.**

**Wonwoſu / & Wonwo-**  
**zem / freq. eweho, extraho, ich füh-**  
**re aus / heraus.**

**Wonweſu / & Wonwe-**  
**zem / freq. idem.**

**Wuweſu / & Wuwezem /**  
**freq. aveho, ich führe ab / hinab.**

**Newuweſu / & Newuwe-**  
**zem / freq. non aveho, ich führe**  
**nicht ab.**

**Wywoſu / & Wywozem /**  
**freq. eweho, ich führe hinaus.**

**Zawoſu / & Zawozem /**  
**freq. tranſveho, compleo, ich ver-**  
**führe / item führe voll.**

**Wrocju / & Wrocjim / freq.**  
**Polon. wracam / Bohem. wrati-**  
**ti / revertor, regredior, retroeo,**  
**pedem refero, retrocedo, ich kehre**  
**umb / gehe wieder / oder zurück.**

**W** initio præponunt Sorabi, ut ab  
**altero Rocju / i. e. juro, verbum**  
**diſtingvant: Eſtq; à Chald. ܪܘܟܐ,**  
**i. e. revertor, verto.**

**Wroczeni / to / neutr. Subſt.**  
**Polon. wracani / Bohem. wrace-**

**ni / reditio, reditus, reſerſio, das**  
**Wiederkehren / Umkehren / Wie-**  
**derkehrung / Wiederkunft.**

**Compoſ. Nawrocju / &**  
**Nawrocjim / freq. ich kehre an.**

**Niewrocju / & Niewro-**  
**cjim / freq. non revertor, ich kehre**  
**nicht umb.**

**Podwrocju / & Podwro-**  
**cjim / freq. ſubverto, ſubruo, ich**  
**ſtürze umb.**

**Podwroczeni / a / e / adj.**  
**ſubrutus, umb geſtürzt / under-**  
**geſtürzt.**

**Pſchewrocju / & Pſche-**  
**wrocjim / freq. Bohem. Prewra-**  
**titi / verto, inverto, converto,**  
**ich kehre umb / verſehe.**

**Pſchewroczeni / a / e / adj.**  
**Bohem. Prewraceni / inverſus,**  
**ſubverſus, umbgekehrt.**

**Wobrocju / & Wobro-**  
**cjim / item Wobrocjam / freq. Po-**  
**lon. Obracam / convertor, item**  
**inverto, verto, ich kehre / wende**  
**umb / w. in b. mutatur propter eu-**  
**phoniam.**

**Wobrocj / ta / fem Subſt.**  
**circulus doliaris, à ſectendo di-**  
**ſcus, ein Reuſen.**

**Wobroczeni / to / neutr.**  
**Subſt. converſio, das Umbkehren.**

**Wobroczeni / a / e / adject.**  
**converſus, umgekehrt.**

**Wowrot / vel Wywrot /**  
**ton /**



**ton / masc. Subst.** areola, obliqua, transversa, eine Quärbethe / Ansbethe / (item die Anmerz: quod vocabulum videtur facere cum Graecorum ἀνάρα, i. e. aquæ ductus, quod est ab ἀνα, & ῥέω, fluo, quia per porcas areolæ istius aquæ suum habent defluxum.)

**Nemobrocju / & Nemobrocjim / it. Nemobrocjam / freq.** non converto, non verto, ich kehre nicht umb.

**Pschimobrocju / & Pschimobrocjim / freq.** adverto, converto, ich kehre / wende herzu.

